


We. 40.



D E
ASSECVRATIONE MARITIMA

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

Q V A M

AVCTORITATE ET CONSENSV

ILLVSTRI IVRE CONSVLTORVM ORDINIS

PRO

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS

RITE OBTINENDIS

A. D. XXXI. DECEMBRIS MDCCCLXXXVIII.

PVPLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R

I O A C H I M V S D E H N

ESTHONVS.

GOTTINGAE,

Typis B A R M E I E R I

ACAD. TYPOGR.

We. 40.

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE


We 46

À
SON ALTESSE SÉRÉNISSEME
M A D A M E

L.A.

PRINCESSE DOUAIRIÈRE
DE DASCHKOW

DAME D'HONNEUR DE SA MAJESTE' IMPERIALE DE
TOUTES LES RUSSIES, DE L'ORDRE DE SAINTE CA-
THERINE, DIRECTEUR DE L'ACADEMIE DES SCIENCES
DE SAINT PETERSBOURG, PRÉSIDENT DE L'ACADEMIE
IMPERIALE RUSSE, MEMBRE DE L'ACADEMIE ROYALE
DES SCIENCES DE STOCKHOLM, DE LA SOCIETE' LIBRE
ÉCONOMIQUE DE SAINT PETERSBOURG ET DE LA
SOCIETE' LIBRE RUSSE A L'UNIVERSITÉ'
DE MOSCOU.



M A D A M E,

Si j'ose présenter à Votre Altesse Sérénissime ces
prémices de mes études, ce n'est pas que je croye
avoir réussi quant au sujet même, Ce qui m'anime à ha-
zarder cette hardiesse, c'est la confiance que j'ai en la gé-
nereuse indulgence de Votre Altesse Sérénissime, et

D'espérance dont je me flatte, qu'*Elle* aura la bonté de recevoir d'un oeil favorable cette foible production, comme un très-humble hommage que je rends avec un profond respect aux éminentes qualités et aux talens supérieurs qui sont admirer *Votre Alteſſe Sérénissime*

de tout le monde, et qui *Lui* ont mérité à juste titre la
place aussi honorable qu'illustre qu'*'Elle* occupe si di-
gnement.

Je m'estimerai heureux, si *Votre Altesse Sérénissime* daigne honorer ce petit ouvrage d'un regard

gracieux, et me permettre la gloire d'osfer L'affurer que
je suis avec une très - profonde soumission,

*M A D A M E ,
de Votre Altesse Sérénissime*

ce 6. Decemb. 1788.

*le très- humble et très- obéissant Serviteur
JOACHIM DEHN.*


Instituti rationem me sufficienter expositurum esse arbitror, praemissa argumento pertractando, ordinis eius, atque methodi, breuissima delineatione. Asscuratio maritima per commercium, cui subleuando adhibetur, iura participat, quae vsu exigente et humanis necessitatibus gentes sibi quaedam constituerunt, atque, quamquam in ius plurium ciuitatum proprium abiit, id tamen per mutuam gentium utilitatem ita stabilitum, ut apud easdem fere peraeque custodiatur. Resultat inde, quod secundum principia naturae rei atque usui generaliori conformata commode sit consideranda, deinde adiectis, quae

(

re-

restrictiue, declaratiue vel extensiue passim sunt superad-dita lege, vel usu speciali; vt et de iuris analogia ad applica-tione, et eorum, quae sua natura positiva egent desini-tione, determinationis ratione, inde eo facilius constet; quo difficilior usus quatalis, isque communis, existit pro-batu. Originem vero negotii naturalem, ex subiecti con-ditione quaerere, pro explicanda negotii ipsius natura, consultius mihi videbatur, quo iucundius mihi fuit, id ac-curatius et faciliori applicatione, ope matheseos exsequi; cui operam me nauasse, duce eo, quem et publico docu-mento MATHEMATVM PRAECEPTOREM sibi iamdudum agnovit Germania, gratissima mente, donec viuam, re-cordabor. —

CON-

CONSPEC T V S.

Ordinis in pertractatione adhibiti.

CAP. I. De orig., nat., et vſu affec. mar. in genere;

II. Ea

1) contrahenda, generatim et in specie declaracione consensus pro forma

A) interna, liciti, certi et aequi. S. I — IV.

B) externa, in instrumento rite consecro. S. V.

2) rite non contracta, quodad eius validitatem attinet, et interpretationem. S. VI.

III. perficienda; et

IV. perfectionis effectu, seu acquisitione iurium, quorum cauſa inita est affsecratio,

C O N S P E C T V S.

1) generatim s. de earum acquisitionis modo, et habitu inuicem:

2) speciatim de iure

A) asscuratoris iū praemium ipsi promissum. S. I.

B) asscurati intuitu periculi ab asscuratore recepti. S. II.

V. De iure ex contractu exsequendo, generatim, et speciatim

1) de iis, quae illud determinant; SECT. I.

2) de persecutione instituenda; SECT. II.

3) de decisione causae controv. ferenda et in actum deducenda. SECT. III.

** ** **

Accedunt obseruationes mathematicae ad dicta Cap. I. §. I.
seqq. illustranda: I. et II.



C A P.

CAP. I.

De origine ac natura afferuationis in genere.

§. I.

Conditionis mercatorum imprimis proprium est, ut res eorum singulare periculum subeant; idque adeo varium atque secundum quid necessario imminens, vt ipsis proprie non de auertenda rerum iactura, sed damno inde oriundo reparando sibi prospicere relictum sit. Quae licet autem in sperando ex mercibus aquaestu sufficiens huiusce aleae suscipienda posita sit ratio, in obtinenda nimis ex earum pretio praeter sortem, atque conuenientem operae negotiationi addictae compensationem, aequa periculi remunerazione; ea tamen non impedit, quo minus, cum et ipsius probabilitatis incerta eatenus sit ratio, vt plurimum minus vel magis aduersorum euentuum, maxime aduersus tamen contingere possit: eumque, quo maior rei sorti commissae in relatione ad totam bonorum summam, valor est constitutus, eo magis et in damnum ipsis cedere oportet. Hac itaque consideratione aleae quam maxime mercatorum conditio innititur, cumque hac ipsorum fides, quae integratati, assiduitati atque peritiae eorum, præcipue autem conaminum euentui superstructa est.

A

§. II.

§. II.

Vt i vero nemo sane in dubium vocabit, quin aliud periculum maius esse possit alio, cum probabilitatis sint gradus; tumque per iustum suppositionem: extraordinarium, quo magis hoc videtur, eo minus esse expectandum, apparet: pluribus obiectis periculo separatim expositis, omnium cuique, quod solito maiorem aduersum constituit casum, aequae euenturum eo minus probabile esse, quo plura ita separatim periculo exposita considerantur obiecta; et denique damnum ex mercium iactura, emolumentum ex lucro, iactrae aequali, eo magis superabit, quo minoris omnia mercatoris valent bona; facile inde patet, conditioni, atque fidei mercatorum haud parum pro futuram plurium ipsorum consociationem, qua pro sua quisque probabilis danni rata, damnum, quod cuique euenturum sit, communi contributione resarcire mutue sibi promittunt. Et re vera in hoc ipso posita est ratio, ex qua enatae societas commerciorum in maxime diffitis terrae regionibus exercendorum; quae, ob maximos sumtos minus diuisio periculo exponendos, priuatorum singulis, quamquam lucro iactram metuendam longe superante comitentur, maxime erunt dissuadendae, nisi eosdem sumtos erogandi iam a tali conamine arceant. Vbi vero haud adeo magna res agitur, et per se iam paruum, satisque diuisum periculum locum habet, minus diuinitibus fauerebit eiusmodi conuentio, cum comoda satis conditio a pauperioribus, ob disparem danni rationem, aegre expectanda, et diuinioribus aleae, ob multiplicia conamina, compensationem quasi (*a*) per se iam contingere oporteat. — Supradictae autem societas commercii, exercendi causa initae, scopo hic

hic prosequendo obuiæ, propter lucri aequæ ac damni communionem, ita non existunt, ac quas vulgo Assecurationis societatum nomine significant. Quales, non quidem de periculo maritimo conditae, vtique de alio, loco atque occasione aliquantum diuerso, cognitæ sunt. Quae vero de generaliori suppositæ societatis indole attingere occasio fert, exemplis fungi, eas minime defuturas arbitror.

(*) Quod ad probabilitatis rationem attinet, duo specimina hic allegari sufficiet: alterum de fundamentis atque usu probabilitatis calculi, quod Lipsiae 1748 edidit Praeceptor maxime venerand. *Abrah. Gotth. KAESTNER*, quo „*Gradus et mensuram probabilitatis dari defendit, praelationesque suas indicat;*“ alterum de determinando lucri emolumento, damnique, ex iactura lucro aequali oriundi, magis in diuitiori ac minus diuiti emolumendum superantis ratione, in *Commentar. Acad. Imperial. Scient. Petropol. Tom. V.* (ann. 1731 et 1732) p. 175. seqq. sub tit.: „*Specimen theoriae nouae de mensura sortis*“ proposuit Daniel *BERNOVLLI*.

(a) *Ad. SMITH* in op. immortali ex angl. verso „*von Nationalreichtümern*“ (Lipf. 76.): *Hat eine grosse Gesellschaft, oder auch ein grosser Kaufmann 20. oder 30. Schiffe in See, so koennen dieselben einander gleichsam selber assicuriren, die an ihnen allen ersparete Praemie kann die Einbußen, denen sie in gemeinen Fällen mit einiger Wahrcheinlichkeit ausgesetzt seyn moegen, vielleicht mehr als compensiren,*“ B. I. C. X. p. 164.

§. III.

Nititur huiuscemodi societas, de quocunque periculo inita sit, conuentione onerosa, qua sociorum quisque duplice gerit personam, aliam qua cauens, aliam qua securus; et de quo reliquis

priori respectu se obligauit, ad idem posteriori eosdem sibi
 habet obstrictos. — Maxima itaque, qualem natura rei admittit,
 huius negotii propria est praestationum aequalitas, illudque
 hisce imprimis nititur principiis: 1) contributionem ad damnum
 resarcendum a quoque, pro periculi tempore contractus bona fide
 aestimati rata cuiusque, in quantum modo res recepto periculo se-
 cundum conuentionem subesse incepit, esse faciendam; neque
 a quoque pro rata damni ex re sua ipsi evenientis, neque pro rata
 probabilis damni post tempus contractus innotescens, cum vtrum-
 que fini ob quem contracta est societas repugnet; et prius adeo,
 ut nihil vere actum subesset; posteriori autem admisso, vnde rata,
 secundum quam obligationi satisfaciendum, determinanda, dici ne-
 quidem poterit. Probabile enim iudicium, ob propriam ipsius in-
 dolem, quia certum non est, progressu temporis aliis patefactis
 aliud fit; ideoque minime ex eo, quod postea innotescit vel acci-
 dit, id, quod aliis innixum iuste antea latum est iudicium, men-
 suram excipere potest. Nec itaque alter, cuius res breuiori peri-
 culo, ac minori, quam bona fide ab initio aestimatam fuit, damno
 adfecta, vel salua periculo amota est, idcirco alteri, cuius sta-
 tim, ac receptum subiit periculum, perit res, conuentioni sua na-
 tura aequae stare recusat. Deinde 2) praeter damni praestationem
 lucrum proprii cibendum, et eatenus titulum acquirendi sociis,
 qua securis, hocce negotium praebere non potest. De lucro enim
 ex mercibus societatem non iniere, nec ex toto negotio in se lu-
 crum aliquod omnibus prouenturum intelligi potest; ideoque nec
 singulis, cum tale citra alterius socii laesionem contingere haud
 possit;

possit; indeque, vti eiusmodi intentio in lucrum ex negotio ab omnibus directa mutuo se tollit, ita in singulis quibusdam positam onerosae huius negotii naturae, quam securitatis fini repugnat. Praeterea vero 3) obrium est, eam quam quisque pro praeslita cautione securitatem recipit promissam, tanquam cautionis pretium esse considerandam, plusque inde in pretio ex post alicui contingere posse, si damnum pro ipsius rata singulare eueniat, ac ipse aliis praestat, et ita in hoc negotio pretii quantitas secundum quid certa, nimirum etiam ab euenientis damni quantitate dependet; non itaque 4) a lucro, quod ex rebus suis habent, qui pretium illud praestant, et in damni reparationem accipiunt. Quare etiam quarundam desperitarum rerum damni reparatio, citra, quod ex reliquis in restitutionem non venientibus procedit lucrum, sive solito maius, sive minimum, in eadem semper quantitate fieri debet; sique aestimationis reparandae rei conuentio adiecta fuerit, resarcendam quantitatem eadem aestimationis quota exhibet, pro qua reparanda res damno affecta est. Quam quotam, non vero resarcendam quantitatem, offert id, quo laesae minoris veneunt res, quam, si damno non adfectae fuerint, eodem loco et tempore venire potuissent. — In hisce enim positum est discrimin inter adsumtam societatem et illam, qua de lucro, cuius propria adhuc est alea, singuli simul sibi cauenter conficiati.

III.

- Quaedam adhuc in hac societate animaduertenda, nimirum:
1) Quae communibus in finem societatis consequendum expedien-

dis negotiis requiruntur opera, nisi has aequo modo distributas
 ipsi, v. c. per turnum, praefulent socii, per salarium, quo eas obti-
 neri licet, ope contributionis praefabunt. Quod hac ratione
 conserunt, si ad contractus tempus, vt natura negotii exigit, re-
 spiciamus, id aperte propter securitatem consequendam praefitum,
 in ea, quam ex conuentione pro cautione recipiunt, non contine-
 tur; et, nisi ex lucro rerum suarum, si tale quid adferant, illud
 recuperent, eius damnum patiuntur, cum id, quod aliis praefant,
 per securitatem recipient, et ex negotio ipso per se nihil proueniat,
 nec inde citra alterius laesionem contingere possit. Deinde 2)
 patet: ob communem contributionem ad singuli cuiusque damnum
 reparandum, omne periculum propriis rebus imminens hac societate
 remoueri haud posse, cum ad illud semper quisque pro sua rata tem-
 pore contractus definita, etiam concurrere debeat; ideoque 3) tam
 hoc respectu, et tanquam de reliquorum periculo cauens, quis-
 que socius adhuc aleae, quamquam probabili ratione minori, ac
 citra periculi sui translationem in alios, expositus manet. — Cae-
 terum haec societas, quamquam tot cauentibus ac securis consistit,
 adeo ad certum eorum numerum per naturam suam adstricta non
 est, vt nec duobus etiam subsistere possit; et vel societatis character
 ex praesuppositione, salua conuentione qua nititur, saluisque om-
 nibus ex hac obtainentibus consecutariis, quorum haec tenus facta est
 mentio, summoueri potest; qui, vt exemplis actu existentibus pro-
 posita proprius accedere appareant, tantum adhibitus est, deducen-
 dorum autem fundamentum nullibi subministravit.

§. V.

Cum vero eiusmodi conuentio et in specie societas quocunque tempore et ubique, saltem cum utilitate pro eius electione decidente, imprimis tanquam subiectos pari conditioni supponens locum sortiri non possit, et pro circumstantiarum varietate omnis periculi translatio, quoad dicto negotio obtineri nequit, utilior videatur: obvius ad aliud negotium ex praesuppositis est transitus et quidem ad simplicius, ut appareat, quo diuersae qualitates cauentis et securi, vni individuo antea inherentes, diuersis iam tributae spestantur; quod erit conuentio, qua quis periculum alterius recipit pro certo pretio; eaque assecurationis, securus assecurati, cauens vero assecutoris nomine venit. Societas ita cauens, assecutoriae societatis, ideoque communi supradictae, specie diuersae (§. 3), adpellatione utilitur.

§. VI.

Ad naturam huius conuentionis adcuratius declarandam, ex eius cum supramemorata (§. 3 et 4.) comparatione patet: 1) id quod assecutori pro receptione periculi praestandum, praeter ipsum probabilis damni s. periculi pretium, in quo eius periculi, cuius in supradicta societate translatio fieri non potuit (§. 4.), comprehensum est pretium: extra assecurati laesionem continere omnis aleae suscipienda (§. 4.) remunerationem et ipsius operae seu molestiae (a), nec non si pro certiore indemni tatis promissae præstatione obtainenda, determinata pecuniae summa, ut in primis in societatibus assecutoriis fieri solet, deposita fuerit, eius accesso-

rium, seu vſuras. Quia enim ex ipſo negotio praeter id, quod actu ſibi praeftant contrahentes, nihil prouenit, omnium horum pretii conſtituorum ratio in pretio habita intelligitur. Cum vero etiam in asſecurato, ne commodum ex redēmptione periculi, in remota omni alea cōſtīſens (§. 8), ipſi adeo deminuatur, ſimilis rēſpectus, ſi illud fuſciperet, aut negligeret, locum merito habeat: facile erit ad intelligendum: ob haec omnia pretii conſtituuae (b), pro circumſtantīis diuerſa, eius determinationem maxime ab eorum conuentione dependere; illudque magis congrue praemii ſiue pretii asſecuratiōnis, quam pretii periculi nomine ſignificari (c).

(a) v. ſupra §. 4 et infra §. 48. in. f. et conuentio ſociet. aff. Hau- niens. art. 23. "Und endlich bezahlet der Affecuradeur annoch ein Quart pro Cent von der verſich. Summe, anstatt der Prouiſion und Courtage, die außerhalb Landes bezahlet wird."

(b) Hasce obſeruationes non eſſe ocoſias conſirmat ſententia preeclar. viri Ad. SMITH (*Vntersuchung der Natur und Ursachen von Na- tional- Reichthuemern*) B. I. c. 10. p. 163. "Um das Affecuriren gegen Feuersbrunſt oder Seegefahr, zu irgend einem Gewerbe zu machen, muß die gewöhnliche Praemie zur Verguetung der ge- wöhnlichen Einbuſſen, zur Bezahlung der Koffen der Geſchäfte der Affecuranz und zur Gewährung eines Gewinstes hinreichen, den man von irgend einem gleich großen, auf irgend ein gemeines Gewerbe angewandten Capital haette ziehen koennen. Wer nicht mehr als dieses bezahlt, der bezahlt augenſcheinlich nicht mehr, als den wirklichen Werth der Gefahr, oder den niedrigſten Preis, um welchen er vernuenftiger Weise hoffen kann, ſich dagegen zu ſichern. Ob aber gleich viele Leute eine maefſige Summe durch Affecuriren erworben haben, ſo haben ihrer doch wenige ein großes Vermoe- gen

gen dadurch gewonnen; und aus dieser Betrachtung erhellet es schon deutlich genug, dass die gewoehnliche Bilanz des Gewinnes und des Verlustes, in diesem Gewerbe nicht vortheilhafter ist, als in andern gemeinen Gewerben, wodurch so viele Leute ihr Glueck machen."

(c) Ita in ord. omnibus adpellatur; v. c. in Rvss. §. 182. "eine der Laenge und Beschaffenheit der Reise oder Jahreszeit, oder andern Vmstaenden angemessene Belohnung" et in Ord. de Louis XIV. h. t. art. III. "la prime ou coust de l'assurance. et ibid. art. I. Permettons — aux assureurs, de stipuler un prix pour lequel ils prendront le peril sur eux.

§. VII.

Hac quidem consideratione assecurationem modis quaestus faciendi ex parte assecutoris merito accenseri licebit; quamquam, quia emolumenta damnis non satis aequiparare solent homines, minime in numero fauorabiliorum constituta sit (a). Quando quidem vero aequum est lucrum assecutoris ex hoc negotio, eo magis idem finis assecurato huius negotii naturae repugnat: cum iam in supra considerata societate id irreuocabiliter apparuerit, et in assecuratione praeterea omnem aleam, quoad in praedicta, eam tantum maxima ex parte distribuente, societate fieri non potuit, transferrat assecuratus. Ideoque etiam de damno tertio imminentie, et in omni praestationis promissione, in qua indemnitatis assecurati cessat ratio, minime assecuratio, sed sponsio potius facta est.

(a) v. etiam supra §. 6. not. b.

B

§. VIII.

§. VIII.

Insignis huius negotii patet utilitas. Praeterea enim quod, tanquam quaestus species ex assecutorum parte, quaestuofum facultatum ipsorum usum coniunctum habeat; et, per consequentiam apertam, etiam ciuitatis totius, cuius partem constituunt; indeque tam in aduehendarum, quam exportandarum rerum commercio, ad extraneos aequa ac ciues pertinentium, promouendum est; eo magis id erit, negotio hoc tanquam securitatis adiumento spectato. Periculi representatio animum supprimit, et ubi a suscipiendis cum alea coniunctis negotiis non omnino deterret, repellit tamen eorum frequentiam; a qua ut plurimum gradus utilitatis dependet. Ut vero assecratio, quantum fieri potest, usum praestet, eandem facile, quam minimo sumtu atque certissimo effeta obtinendam esse oportet. Utrumque priorum quidem assecutorum concurrentia, praecipue vero assecutoriae sociates (ex rat. §. 2); ultimum vero certum ius, idque, ut imprimis causae mercatoriae exigunt, promptissime exsequendum praestabunt.

§. IX.

Pro obiectorum varietate, non aequa casuum damni discrimine, in varias species abit assecratio; et generaliora eius principia varias determinationes, tam ex obiectorum natura, quam legibus atque consuetudine, accipiunt. Quae navigationis periculum concernit, seu maritima in primis, ob aleam mercaturam comitante prae aliis singularem, atque perniciosa, ampliori usu et maxime frequenti; et ob insignem commercii fauorem in pluribus regnis atque locis specialibus legibus

mu-

munita est. Hae, ut commercium, in cuius fauorem sancitae sunt, mutuo mercaturam exercentium commodo conditae et ad effectum deductae, eminentem principiorum paritatem offerunt. Vnde euenit, quod facilius, quam in aliis iuris positivi speciebus, vbi variae locorum atque terrarum rationes maius habent momentum, ex earum et consuetudinum consensu fundamenta, naturae negotii aperte conformia, generalius obtinentis iuris assecurationum colligi possint.

(a) EMERIGON *Traité des assur.* T. I. Ch. I. S. VI. p. 21. C'est en effet par le droit des gens que la navigation a toujours été régie. Elle est le lien de la société des Peuples. Elle repart en tous lieux les commodités et l'abondance. Elle est subordonnée à des règles communes, que les besoins mutuels font respecter et que l'équité naturelle avoit déjà gravées dans le cœur de l'homme. Chez les nations commercantes les loix maritimes sont à peu près les mêmes, attendu la reciprocité des intérêts. On doit donc avoir recours aux loix des autres peuples, soit pour mieux connoître l'esprit des Ordonnances du Royaume, soit pour décider les cas qu'elles n'ont pas prévus." — "Nec negligenda aliarum maritimorum prouinciarum obseruantia, si vbiique par, et vniiformis est, nec speciali ratione nititur". STYPMANNVS P. 4. c. 7. n. 736., LOCEN. II. 5. n. 2., WESKETT *Theorie und Praxis der Ass.* (quoad Angl. praesertim) P. I. p. 191; 271. et plur. loc.

§. X.

Dès assecurationis, qua forma interna hodie ab aliis negotiis distincta est, origine historice adeo certe non constat, ut saeculo XII. cum aliis, vel XIV. aut XV. cum aliis eam adsignare liceat. Frustra itaque apud Rhodienses, Massilienses et Romanos eius ve-

fligia quaesita. Resert quidem LIVIVS, praetorem quondam (a) in concione edixisse, "qua die vestimenta, frumentum Hispaniense exercitui praebenda, quaeque alia opus essent, nauibus sociis es- set locaturus. Vbi ea dies venit, ad conducendum tres societas aderant, hominum vnde uiginti, quorum duo postulata fuere, vnum, vt militia vacarent; alterum, vt, quae in naues impoluissent, ab hosti- um tempestatis ue vi, publico periculo essent. Vtroque impletato, conduxerunt." Et (b) "quia publicum periculum erat a vi tempe- statis in iis, quae portarentur ad exercitus, et ementiti erant falsa naufragia, et ea ipsa, quae vera renunciauerant, fraude ipsorum acta erant, non casu; in veteres quassasque naues paucis et parui pretii rebus impositis, quum mersissent eas in alto, exceptis in praeparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebantur." Imperator Claudius, vt in eius vita adnotat SVETONIVS (c), ardiore annona "nihil non excogitauit ad inuehendos etiam in tempore hiberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates acci- disset. Paululum ab hisce differt species, quae in epistolis CICE- RONIS (d), in Cilicia victoris, exstat, qui Romanas publicas pecu- nias mittens ad proquaestorem Canin. Salust. scribit: "Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, vt et mihi et populo cautum sit sine vellurae periculo."

(a) L. XXIII. 48. et 49.

(b) L. XXV. 3.

(c) cap. 18

(d) L. II. epist. 17.

§. XI.

§. XI.

Ordinationem sine dubio primam conditam FLORENTIAE.
anno MDXXIII. d. 28. Iun. proxime subsecuta breuior, CAROLO V.,
deinde alia PHILIPPO II. constitente, concernens nauigationis ad
Indias orientales intuitu factas assecurationes, et alia ab EODEM
Antwerpiae publicata; quas AMSTELODAMENSIS, MIDDLE-
BVRGENSIS, ROTERODAMENSIS, aliaeque, ut SVECICA,
HAMBVRGENSIS, PRVSSICA et nouissime RVSSICA, consti-
tuens VI. caput Ordinationis Imperialis de commercio nauali,
excepérunt.

CAP. II.

De contrahenda assurcatione.

§. XII.

Contrahitur assurcationis consensus mutui legitima declaratione de periculo rei pro certo praemio recipiendo. Ea fieri nequit, nisi obseruata tam interna quam externa forma, natura rei, legibus, usuque loci, vbi contrahitur, desiderata. Interna concernit tum id quod, tum a quibus in contractum deducitur, et requirit ut consensus licitus, certus et aequus, seu iusto fundamento innixus sit. Externa forma, ut exadmodum exstet consensus, eiusdem in instrumento facta declaratione absolvitur.

SECTIO I.

De iis, quae in contractum licite deducantur; et qui eundem licite celebrent.

§. XIII.

Omnium rerum intuitu assurcationis contrahi potest, quarum periculum ad transferentem spectat et onerosam translationem saluis legibus recipit. Absque periculo, saltim putativo, assurcationis propriæ cogitari nequit, nec sine obiectione ex quo illud assurcato imminet (a): cum, cessante damni resarcendi ratione, sponsio potius

tius celebretur, quae tanquam assecuratio minime valet. Ex hisce itaque patet: 1) suae rei intuitu, quoad eius periculum in creditorem per bodemeriam, vel cambium marinum (*b*), vel anteriori assecurationis instrumento iam translatum est, valide non posse contrahi assecurationem (*c*); omnino vero quatenus adhuc ex ea debitori vel assecurato periculum imminet, tam in quantum dicto modo non est obligata, quam si ex prioris assecutoris insolventia periculum denuo imminet (*d*). Hoc ultimo casu vel de eius soluendi facultate, vel de ipso in eum translato periculo, tam sublato priori contractu, quam iuris ex eo competentis cessione novo assecutori facta, contrahi potest. Contra 2) res aliena non, nisi quoad ex ea periculum alicui imminet, huic assecurari potest; eatenus nimirum creditori per bodemeriam (*e*), vel per cambium marinum (vid. tamen §. 15), nec non assecutori (*f*). Denique 3) ex supradicta ratione non valet, quae ultra iustam rei aestimationem, quoad alicuius periculo est, inita est assecuratio (§. 37); quae vero iusta sit aestimatio, infra in aestimationis pertractione discurrendum. Ex hac tenus dictis 4) facile est intellectu, iteratam eiusdem periculi translationem ab eodem factam, secundum huius contractus naturam, esse inualidam; et eatenus duplicem assecurationem. Quare 1) de diuerso periculo ab eodem contrahi potest, dum casuum receptorum, vel rei eiusque valoris quantitatis, navigationis vel temporis diuersitas obtineat; nec minus 2) de eodem periculo a diuersis personis, quibus diuerso respectu imminet; ceu casus hoc §. recensiti declarant.

(a) Ryss.

- (a) Rvss. K. H. O. §. 203. et 204., AMST. art. 13. PREVSS. A. O. §. 21, ROTTERD. art. 28., Stat. IANVENS. c. 17. 2., MIDDELB. 2., SVED. III. 7.
- (b) AMST. A. O. art. 21. additional.; Ord. de L. XIV. art. 16, PREVSS. A. O. §. 31.
- (c) Rvss. K. H. O. l. c.
- (d) Rvss. K. H. O. §. 214, Ord. de L. XIV. art. 20., arg. art. 25, Ord. AMST. addit. Vid. etiam HAMB. A. O. Tit. XVIII. 2. Stat. Georg. II. c. 37. f. 4. WESKETT C. II. p. 82. Id quod reaſſecu-
ratio audit.
- (e) Rvss. K. H. O. §. 201., Ord. de L. XIV. art. 17., HAMB. A. O. Tit. IX., AMST. art. 19., PREVSS. § 31. ROTTERDAMM, 26., SCHWED. III. 1.
- (f) Hoc etiam reaſſecuratio[n]is nomine venit.

§. XIV.

Cum finis asſecurato propositus secundum huius contractus naturam sit reparatio damni, duo v[er]terius circa obiectum inde oriuntur requisita, quorum alterum est, vt existens sit, quoniam rei non existentis neque damnum neque ideo eius praestationis receptae pretium aliquod aequum cogitari potest; alterum vero, vt per nauigationem asſecuratam certum ipsius non pateat damnum, quia alias aequaliter saltim damni aestimationi eius praestationis receptae pretium esset soluendum. Indeque nihil, quod ad hunc contractum attinet, vere actum subesset, nisi et damni, et eius incerta ratio, adsit. — Ex horum requisitorum legibus receptorum priori sequi videtur: lu-
crum ex mercibus sperandum et vecturam (*Frachtgeld*) (a), cum certo

vtrumque, quatenus saluae aduenerunt merces, demum existat; et ex altero requisito: impensas tam in transuētionem mercium, vtpote in eas naui imponendas caet., quam in nauim instruendam faciendas, cum certo subsint et desinentur per nauigationem assecutratam decremento, valida non praebere assecutionis obiecta. At enim vero consideratio naturae, 1) vecturae et impensarum, quae in instruendam nauim fūnt et 2) lucri sperandi et sumtuum in mercium transuētionem, vtpote onerationem, caet. erogandorum offert: α) posterioris vtrorumque coniunctorum non quidem per se necessario, sed vt prius corundem consequi possit, certum impendenti esse detrimentum; neque proprie illud dicendum esse damnum, quoad in hoc et cum lucro (*Netto-Fracht, Netto-Gewinn*) recuperatur, vtique vero quoad hoc deficiente non recipitur: id quod ab euentu nauigationis dependet (b); β) cum prius citra posterioris erogationem existere non possit, eique ideo subroget, alterius coniunctorum certum patere damnum, atque eatenus necessarium. — Ex quibus colligendum 1) alterutrius coniunctorum, ob apertam damni incertam rationem, validam secundum huius contractus naturam contrahi assecutionem; 2) non vero vtriusque simul, ob identitatem periculi (c). Et haec ita: quoad coniuncta se exaequant (d). Nam in proprio lucro ex vectura et lucro sperando (*Netto-Fracht, Netto-Gewinn*) cessat ratio: idque, tanquam non existens obiectum, proprie damni non habere naturam, dicendum est. Haec tenus proposita ad melius perspicendas diuersarum ordinationum expressas, inter se maxime diuersas dispositiones facient. Quibusdam enim vecturae nec non eius quod ad instruendam nauim

C

pertinet.

perinet (*e*), quibusdam solius vecturæ (*f*), aliis tantum impensa-
rum (*g*) in nauem instruendam factarum concessa est assecratio.
Lucri sperandi (*imaginriter Gewinn*) alibi expresse prohibi-
ta (*h*), expresse alibi permissa est assecratio (*i*), aestimati (*k*) ex
Ord. AMST. quo ipso aliquantum ratio, qua supra consideratum,
mutata est. Impensas, usque dum merces in nauem impositae sint,
factas veri valoris rei aestimatione contineri plurimæ expresse con-
cedunt ordinationes, quæ, quamquam ultra verum valorem assec-
rationem prohibeant, eas tamen tanquam augmentum valoris rei
considerant; id quod et supra propositis principiis conuenit (*l*). —

(a) EMERICON Ch. VIII. S. VIII, ita argumentatur: “*le fret à faire*
est un profit incertain. Il sera le prix de la navigation heureuse,
et le fruit civil du Navire. Il ne l'est pas encore. Il ne peut donc
devenir une matière d'Assurance” — eam quam CLAIRAC sur le
Guidon de la Mer Ch. XV. art. I. p. 317. assert rationem prohibi-
tionis: “*pour rendre le maître plus soigneux de la conservation du*
Navire et de la marchandise, qu'il pourroit négliger, s'il étoit assuré:
ne detur occasio ad delinquendum”. non improbans; at veriorem se
reddere opinatus. — De lucro sperando similiter: “*le profit est un*
être moral qui ne se trouve point dans le Navire, et qui par conse-
quent ne peut pas être assuré”. IDEM Ch. VIII. S. IX. pag.
232.

(b) Nam vectura etiam contribuit ad auariam communem.

(c) Hoc eo magis huius contractus naturae aduersatur, cum euentus
intuitu nauigationis maxime omnium aduersus assecurato prosperri-
mus omnium existet: et vice versa prosperrimus mercium aduen-
tus ei maxime omnium aduersus. Hoc enim casu solam vecturam,
aut lucrum sperandum acciperet, cum certo erogatorum in instru-
ctionem vel operationem caet. detrimento: illo vero casu totum
vtrum-

vtrumque reciperet ab asscuratore, id est, asscuratio eidem fieret modus adquirendi (§. 3 et 6), et praeberet incitamentum promovendi aduersum nauigationis enentum.

(d) Vnde et vbi totam vecturam asscurare licet, obseruat recte MAGENS cap. 16. "Bey einer Asscuranz auf das Casco eines Schiffs pflegt man in dessen Taxation alle Unkosten der Ausrehdung, die Provisionen, vorausbezallte Volkshaur wie auch die Asscuranz-Premie zu begreifen, und solchermassen bleibt kein weiterer Raum ubrig, um auf die Fracht versichern zu lassen, als blos für den Verschluß oder Profit solcher Reise; und wenn auch in der Police eine Evaluation steht, gehört sie niemals weiter für richtig erkannt zu werden, als der Sache Natur nach billig ist". — Ita etiam societ. London. asscurare ref. WESKETT P. I. p. 259.

(e) AMST. A. O. art. 7. et 15: "Es koennen auch Frachigelder, nebst den gewöhnlichen Unkosten, oder sogenannten ordinaires Haverey (nach Abzug der Volkshäuer und anderer Unkosten, die nach einer glücklichen Reise davon bezahlt werden müessen) fuer eine solche Summe versichert werden, als man nach der Billigkeit befindet, daß auf der Reise verdient oder verloren werden kann, welches aus der Chartepartie, Manifest oder Connoissement zu erweisen ist. (v. vers. ENGELBRECHTII) cf. etiam HAMB. A. O. III. 1. et 3. XII. 1.

(f) ROTTERD. A. O. 26.

(g) Ord. de L. XIV. art. 7. et 8. Ord. PHIL. H. 10. et 11.

(h) Ord. de L. XIV. art. 15., DAEN. 3., ROTTERD. 28.

(i) AMST. 17., PREVSS. 34., HAMB. III. 2., SCHWED. III. 1.

(k) v. MAGENS c. 18.

(l) vid. infra §. 36.

§. XV.

Ex generalioribus iuris rationibus validae assecurationis obiectionum 1) merces inuehi vel exportari prohibitae, vel ad prohibitam nauigationem destinatae, esse nequeunt (*a*). Cum enim leges confiscationem, aliasque insuper poenas, ideoque certum secundum quid damnum contrauenienti decernant, huius periculi auerionem in earum fraudem tendere, manifestum est. Quarum prohibitio num vis, cum ex subiectione descendat, et temporalis ex negotiatione in exteris territoriis iure gentium fundata sit (*b*), legibus ibi vigentibus, quamquam vslu passim aliud obtineat (*c*), merito non deneganda, ultra dictam rationem tamen non extendenda (*d*). Vtrum res hostiles assecurari liceat? in vtramque partem iuris et politicis rationibus disputant (*e*), quamquam ob commercii cuiuscunque nemum sublatum, et ob viam publici et priuati commodi collisionem, negotiua sententia magis tuenda videatur. 3) Ob singulare fortis periculum creditor, per bodemeriam et cambium marinum, vsluras modum legitimum alias definitum excedentes sibi stipulari licet. Qua ratione cessante, translato in assecuratorem fortis periculo, vsluras in assecurationis contractum deducere (*f*), passim, non vbiique tamen, prohibitum est.

Libertatis, scilicet redemptionis ex captiuitate, assecuratio, et ipsius vitae, nisi expresse prohibita (*g*), contraictus naturae aequa ac honestatis et iuris rationibus, ut Gallici quidam scriptores putant (*h*), minime aduersa est. Nihil enim aliud continet, ac praestationem certae definitae summae, ei faciendam, cuius, viuere alterum, tanti
aperte

aperte interest; et praeterea animos ad labores nauticos subeundos excitat.

- (a) RVSS. K. H. O. §. 200., PREVSS. A. O. §. 30. et alibi.
- (b) VATTEL droit des gens L. II. Ch. 8. §. 101. et 108., MOLLOY de iure mar. et nauali L. II. c. 7. §. 15.; locum exhib. WESKETT P. II. p. 188. n. 1, et p. 189. n. 3.
- (c) EMERIGON c. l. p. 213. vsum testatur: "Les Espagnols et les Anglois en tems de paix la pratiquent chez nous. Il nous est donc permis, par une espece de repressoile de la pratiquer chez eux". IDEM p. 685.
- (d) MAGENS cap. 13. EMERIGON l. c.
- (e) Congessit eas WESKETT P. I. p. 231. seqq.
- (f) Ord. de L. XIV. art. 17.; RVSS. K. H. O. §. 101. prohibet eo casu usururas 6 de centenis excedentes sub usurariae prauitatis poena.
- (g) vt in Gallia ex Ord. de L. XIV. art. 10; Ord. ROTERODAM. art. 10. MIDDELB. art. 2.
- (h) EMERIGON Ch. VIII. S. I. ibique citt.

§. XVI.

Ex speciali vero ratione quibusdam ordinationibus determinatum valoris nauis partem suo periculo assecuratus retinere obligatus est (a); videlicet tam ob certum pro parte decrementum nauis, et potissimum ad praecauendum damnum ex neglectu curae conseruationis rei metuendum. Ob eandem etiam rationem (b) plurimis ordinationibus assecuratio mercedis ac stipendiorum nautarum prohibita est (c).

- (a) $\frac{1}{3}$ valoris nauis ex *Ord. ROTEROD.* art. 31., $\frac{1}{3}$ valoris ex *Recopil.* de *Leges de las Ind.* L. 5., *Ord. de L. XIV.* art. 19: "Et si les assurés sont dans le vaisseau, ou qu'ils en soient les Propriétaires, ils ne laisseront pas de courrir risque du dixième, encore qu'ils ayent déclaré faire assurer le total." —
- (b) *MAGENS* c. 16. in fin. cf. *EMERIGON* T. I. p. 236. ibique cit. *SIYPMANNVS* p. 455. et *POTHIER* n. 33.
- (c) *Ord. PHIL.* II. art. 9., *MIDD.* 6., *AMST.* 13., *Ord. de L. XIV.* art. 15. *PREVSS.* I., *HAMB.* II. 4. — Expressa permisla *Ord. ROTEROD.* art. 26.

§. XVII.

Caeterum obiecta huius contractus naues et merces prae aliis solita constituant. Quod plures ordinationes assecurato de toto, quod ipsius interest, prospicere sibi concedunt, id praeter rei valorem tam impensas transvectionis intuitu facendas (§. 15.), quam in specie praemium spectat (a). Praemiorum praemia usque ad omnis periculi assecurati extinctionem adiicere, vnu (b) quibusdam locis inualuit: non tamen pro vbiique admissio accipendum; cum potius, si ex generalioribus huius contractus principiis iudicandum (§. 15.), pro rerum assecuraratarum natura maxima cum restrictione affirmandum sit (c).

(a) *HAMB.* A. O. III. 3., *Ord. de L. XIV.* art. 20., *AMST.* art. 22., *ROTTERD.* art. 25., *MIDDLEB.* art. 2. addit., *Recopil.* I. 9., *PREVSS.* A. O. §. 35.

(b) Ut praeiud. de Gallia testatur *EMERIGON* Ch. VIII. S. XIII. pag. 245.; de Anglia *WESKETT* P. I. p. 318. "Pflegte ehemals in London heftig bestritten zu werden; aber gegenwärtig wird es verstat tet

bet — wird genennet das Interesse bedecken". Cf. etiam MAGENS c. 31. in f. —

Computatio hoc modo facienda: Re quadam aestimata, v. e.
 $50000 \text{ R.} = a$; praemium 20 pro centenis $= \frac{1}{5} \cdot 50000 =$
 $\frac{1}{n} a$; huius praemium $= \frac{1}{5} \cdot \frac{1}{n} 50000 = \frac{1}{n^2} \cdot a$; et ita porro;
 h. e. totum praemium cum re ipsa $=$
 $(1 + \frac{1}{n} + \frac{1}{n^2} + \frac{1}{n^3} + \dots + \frac{1}{\infty}) \cdot a = (1 + \frac{1}{n-1}) a = \frac{n}{n-1} \cdot a$;
 ideoque in exemplo $(1 + \frac{1}{4}) \cdot 50000 \text{ R} = (50000 + 12500) \text{ R}$
 totum quod interest; et totum praemium $= 12500 \text{ R.}$ Idem
 etiam efficitur ita: si pro 50000 R detracto praemio 40000 R redunt;
 quanta summa assecuranda ($= x$), vt recipere liceat
 50000 R? Et erit $x = \frac{50000}{40000} \cdot 50000 = \frac{1}{4} \cdot 50000 \text{ R} =$
 12500 R.

(c) Conf. omnino MAGENS c. 32. p. 45.

§. XVIII.

Ex una parte securitas, ex altera eius praestationis pretium,
 seu praemium s. d. promissum est. Eius aequitas ex tempore contra^dius aestimanda; quod natura huius contra^ctus exigit; quantitas
 vero a conventione, in qua tamen ratio periculi habita intelligitur,
 dependet (a). Indeque 1) si alterius contrahentis culpa alter ad
 erroneam periculi persuasionem inductus fuerit, per errorem etiam
 definitum censetur praemium; et pro re nata vel ad rescissionem
 contractus vel ad aequius praemium definiendum laetus prouocare
 potest (utpote in aestimatione rescindenda): contra vero 2) citra
 hanc

hanc causam laesio ex stipulatione praemii allegari nequit; quia secundum iustum tempore contractus de periculo latum iudicium facta est. Denique postremo 3) praemium reassecurationis et praemium assecurationis se inuicem superare possunt. — Sine praemio assecuratio, cuius onerosa natura est, non contrahitur, sed aliud negotium; quamquam, praemio in alia re ac pecunia numerata constituto, quo minus assecuratio sit, nihil impedit.

(a) Cf. supra §. 6.

§. XIX.

Assecurationem proprio nomine valide contrahunt, qui suo se arbitrio bonorum intuitu obligare valent, nec speciali legi dispositione ab hoc contractu arcentur. Qui proprio nomine mercaturam suo arbitrio exercent minores, foeminae, filiique familias, nulla, quae curatores habentibus aut sub patria potestate constitutis, qua talibus, competit, obstante huius negotii validitati exceptione, assecurationem contrahunt. Speciatim vero assecurati partes valide non subeunt, quibus periculum rei transferendum non imminet (a); quibus illico modo, vtpote prohibitam negotiationem exercentibus; illi, nisi nullus sit contractus, poenis tamen subiiciuntur (b). Assecuratoris vero vices sustinere quidam, ad publicum detrimentum auertendum, ob negotii alcam, prohibentur (c), quidam vero, ne a religione officii auocentur, vt iudices in causis assecurationum (d), nec non ad hoc negotium expediendum constituti proxenetae (e), atque disparitores publici, (*Dispacheur*) (f); similiter directores societatum assecutoriarum priuam assecurare (g), et qui hocce ne-

go-

gotium cum aliis expedientum suscepereunt, in eodem citra mandantis consensum se ipsos obligationibus in alium transferendis submittere nequeunt (*h*); difficile enim est, ut unus homo duorum vicem sustineat. — Vbi denique societates assecutoriae priuilegiis gaudent, ex hisce patebit, quoad vel aliae societates (*i*), vel et singuli ab hoc negotio arceantur.

(*a*) §. 13. *Supra*.

(*b*) Cf. EMERIGON T. I. Ch. IV. S. II. pag. 97. seqq.

(*c*) ENGELBRECHT ad Weskett III. B. p. 93.

(*d*) *Ord. de L. XIV.* art. 68, ROTTERD. art. 82., SCHWED. IX. 1.

(*e*) AMST. A. O. art. 39., HAMB. II. 2, ROTTERD. art. 80., MIDDELB. 29., SCHWED. I. c., PREVSS. §. 20. *Recopilat. de Leyes de las Ind.* L. 4., *Ord. de L. XIV.* art 68. In Anglia eis licet assecurare: WESKETT P. II. p. 25. n. 7.

(*f*) O. A. HAMB. et SVRC. II. cc.

(*g*) ENGELBRECHT l. c. p. 92.

(*h*) EMERIGON T. I. Ch. V. S. IX.

(*i*) v. c. Londini: MAGENS *Versuch* cap. 5.

§. XX.

Commissum si bi negotium hocce alii publica auctoritate simul constituti, alii sola mandantis expedient (*a*). Ex susceptione negotii, quae, uti gesti approbatio committentis, in re mercatoria per receptionem litterarum, tempestive non contradicam, tacite facta intelligitur (*b*), ad fines mandati diligenter custodiendos atque negotium secundum usum loci bene gerendum, tenentur. Praeter ea,

D

quae

quae fert ipsa generalis mandati natura, quibusdam locis ex speciali circa hunc contractum consuetudine proprio nomine obligationes ex contractu assecurationis et persequuntur (c), et praestant (d). — Proxenetae vero publica auctoritate constituti non addicti alterius contrahentis partibus in alterius fraudem esse, sed in utriusque commodum officio fungi debent. Ab ipsis habilitate saepius negotii validitas dependet; et, ut eorum est omnia, quae ipsis commissa sunt, praemii puta solutionem, instrumenti confectionem caetera bona fide et absque mora expedire, ita, ut nihil citra utriusque contrahentis consensum in instrumento mutent, sed insuper omnia, quae inter partes acta sunt, adiecto anno et die libris, hunc in finem conficiendis, accurate inserant, ad eorumdem officium pertinet. Quo neglecto ad damnum inde enatum et quod laesi interest, restitendum legibus obligantur, superaddita, pro gradu reatus, suspensio- nis, dimissionis vel grauiori adhuc poena.

(a) WESKETT P. I. p. 227. "Agenten, Fassoren und Corresponden- ten, die von Eignern von Schiffen, Guethern u. s. w. allgem. od. besond. Ordres zur Versich. haben, ja wenn sie auch solche nicht empfangen, aber auf solche — Geld vorgeschoffen oder Wechsel acceptirt haben, haben ein unstreitiges Recht, solche fuer die Eigner zu versichern". ibiq. cit. BYNCKERSHOECK L. IV. c. 1.; accedit postea ratiabilitio. v. EMERIGON p. 144.

(b) MARQVARD p. 307. "Indubitatissimum quod — suscipiens tan- tum litteras mandati et tacens teneatur vel illud perfidere secundum omnes qualitates nouissime datas, vel re integra et quidem tempe- stive, renunciare, nisi ad interesse et omne damnum quod incurrit per id ipsum mandans, conueniri velit, cum iuuari nos nos decipi beneficio oporteat, et tacita dissimulatione contrariae voluntatis,

non

non sit fallendus is, qui fidem amici inuocat". Cf. etiam EMERIGON T. I. Ch. V. S. VI. p. 145. ibique alleg. et S. VIII. "Recepio litterarum est actus positivus.

- (c) Specialis legis dispositio quoad assecurati mandatarium est in *Recopil. de Leyes de las Ind.* L. 57.
- (d) In Gallia, ref. EMERIGON Ch. V. S. III, IV et V. — At in Anglia aliter; WESKETT P. II, p. 220.

SECTIO II.

De determinatione in contractum deducendorum et contrahentium.

§. XXI.

De vtrinque praestandis eatenus necessario est conueniendum, ut contractum hunc initum esse constet; quod eius constitutuorum determinatione peragitur. Vti nulla sunt, de quibus contra leges conuenit; ita e contrario de iis, quae legit us et u' ordinarie, in specie circa terminorum, quibus in conuentione vtuntur contrahentes, significatum, in hoc negotio obtinent, ob indirecte, ipsi se ingерendo, suscepit eorum Scientiam, consensisse intelliguntur, vsque dum de legitima contrariae voluntatis declaratione constet. Magis itaque, vel minus exacta determinatio sufficit, prout minus vel magis alia causa, quam consensu directo, fundantur, quorum praestationem inuicem sibi fieri intendunt. Quo ipso etiam in hoc contractu generaliori omnium conuentionum requisito satisfit; cum non consilat conuentio, quae ex sola promittentis voluntate statum capit.

D 2

§. XXII.

§. XXII.

Periculum maritimum omne comprehendit damnum, rei assuratae extrinsecus, et per eam assurato sub ratione casus fortuiti in nauigatione assurata eueniens, quod speciali lege, vel vsu vel conuentione exceptum non est. Speciali lege, vel vsu *pessim* tantum excepta sunt: 1) Barrataria s. d. (b) (*Muthwilliges Versehen*) magistri nautis et nautarum, seu culpa eorum cum praecoxitate machinatione et dolo praeordinato ad casum (c); 2) periculum interceptionis tempore belli (d); et 3) impensae factae occasione dengati, ob morbi pestiferi suspicionem, aditus ad portum (e); 4) impensae, pendente moratione in loco quodam ob glaciem superuenientem necessaria, erogandae (f); et 5) furtum rei assuratae (g). Haec itaque, vbi sub periculo maritimo vi specialis legis vel vsus comprehensa non sunt, ut assuratoris periculo sint, speciali eagent conuentione, aequa ac ea, quae, secundum periculi maritimi definitionem, recepta vel non recepta intelliguntur, ut illa non, haec vero etiam in praestationem veniant.

- (a) Quod latius, vbi de obligatione assuratoris agitur, explicandum.
- (b) Rvss. K. H. O. §. 186; 187; 188; 197; 205 et 209 in fine; et in instrum. §. 215 conueniendum "Betrug und Arglist, oder persoehnlicher Verraetherey des Schifffers oder der Schiffsbedien-ten und Leute". Ita etiam in Anglia ref.: WESKETT P. II. p. 36-42; Statuta IANVENS. c. 17. "Assuratores non tenentur de barrataria patroni nauigii"; et Recopil. de L. de las Ind. l. 42. "excepto de barrataria de Patron". Paulo latior significatus ex Ord. L. XIV. art. 28. patet: *Ne seront aussi tenus les Assureurs, de porter les pertes et dommages arrivés aux vaisseaux et Marchandises par la faute des Maitres et Mariniers, si par la police — ils en*

*ne sont chargés de la barraterie de Patron". — Ex reliquis ordd.
comprehensa est barrateria magistri nauis et nautarum sub generali
periculi maritimi receptione. Sola ROTEROD. A. O. art. 43. prohi-
bet asscuratos exercitores, qui naui magistrum praeposuerunt, in
asscurationem deducere ipsius barratariam ("Schelmye").*

- (c) ceu accurate definit CASAREGIS *disc.* I. n. 77.
- (d) AMST. A. O. art. 16., HAMB. A. O. Tit. IV. art. 7.
- (e) HAMB. A. O. V. 3., PREVSS. art. 70., SCHWED. VI, 3.
- (f) HAMB. A. O. V. 2.. PREVSS. et SCHWED. II. cc.
- (g) Rvss. K. H. O. §. 199.

§. XXIII.

*Oneris nauis nomine res omnes in nauem impositae vniunt (a). Sub
denominatione mercium mearum ad eas merces asscurati respexisse
praesumendus est asscurator, quae tempore contractus in naui repe-
riuntur (b), vt, si de imponendis determinato loco conuenit, ad eas,
quae ibidem impositae sunt (c). In iam dictis casibus indirecte valor as-
securatus determinatus est; potest tamen directe summa definiri, ad
quam impositorum mercium valor asscuratoris subsit periculo. Et
generatim, nisi lege expressa, vnu tamen inualuit generaliori, vt
quoad concursus plurium asscuratorum, proque valore non asscu-
rato ipsis asscurati, ad rerum in vnam nauim impositorum pericu-
lum locum habet, omnibus, ad suam cuique ratam, pro induisio
omnium, sive prius sive posterius impositorum rerum, periculum
immineat; ideoque nulla inde specierum distinctione, durationis pe-
riculi, vel loci earum pro diuersitate temporis, quo cum diuersis
asscuratoribus contractum est, admissa (d). Quodsi in ipsa pro-*

sequenda nauigatione asscurata de loco adpulsus pro oneratione conuenerit, vel aliquis per consuetudinem pro tali valeat; supradicta communio etiam ad merces, in eiusmodi loco impositas, extendenda (e), et illatis antea rebus ibi expositis, et in alias conuersis, in earum locum succedentes, manet asscuratorum obligatio (f); quae ab initio certis mercium speciebus adstricta non fuit. Cui vero communioni per posteriorem specierum, vni vel alteri asscuratorum factam, adsignationem derogandi, sive in alterius asscuratoris, sive in proprium fauorem, asscurato omnino arbitrium non competit (g), cum hoc non nisi in fraudem alterius, et cum conditionis, sub qua, quamquam tacite, contra dictum est, euersione, fieri possit.

(a) EMERIGON T. I. Ch. X. S. I. p. 287. "Cargaison est un terme generique qui embrasse tout ce qui est chargé. Celui, qui se fait assurer sur cargaison, est censé faire assurer ses pacotilles".

(b) inde enim determinata fit obligatio. Cf. MARQVARDVS de iure mercat. tit. de assc. p. 336. n. 37., Roccvs not. 33.

(c) CASAREGIS disc. I. D. 105.

(d) MAGENS c. 14. p. 15. et 16., EMERIGON T. II. Ch. XIII. S. VIII, p. 37. VALIN p. 73. 85., POTHIER n. 8c., WESKETT P. I. p. 92. 94. n. 8.

(e) Inde ulterius deducunt nota praec. citt. autores Gall., (cui tam eni consultius conuentione expressa prouideri putat cit. l. WESKETT), consolidari periculum, pro suscepata rata, si facta partis mercium in eiusmodi licito appulso expositione, aliae in eorum locum inferendae deficiant; ideoque asscurati concursus ad periculum solumento cessare, vbi quantitas exposita aequalis est quantitat, pro qua iste concursus locum habuit: et quoad ulterius impositas demum asscuratorum pro rata decrescere obligationem. Aliis denuo rebus

*rebus impositis, eadem ratione iterum usque ad quantitatem assicu-
ratam, solum assessorum periculum redint: gratum esse, et pro vi-
teriori demum assurati: quia "autrement il en resulteroit de très fa-
cheuses conséquences pour le commerce qui se fait par Eseale". VA-
LIN c. l. et EMERIGON c. l. p. 40., IDEM p. 41.: "Tous les jours
nos Caravaneurs en Levant chargeut et déchargeut des marchandises
dans les diverses échelles qu'ils font. En cas de sinistre, les assureurs
se bornent à examiner, si les effets qui lors de la perte étoient dans le
Navire, se montent à la valeur assurée. Adde EVND. Ch. XVII.
S. VIII et VALIN ad art. 36. p. 82. et POTHIER n. 80.; qui ta-
men eo casu dissentit, si exoneratio ideo facta fuerit, ut assura-
tus se contributioni ad auarium subtrahat.*

(f) Cf. MAGENS Versuch II. Abschn. p. 161, sqq. casus 6.: "Dass die
Verwandlung der Effeten von Vera Crux, in andere zu Havana, den
Risico der Affecuranz nicht aufhebe caet. Arbitrage — zu Cadix
1734, cuius rationum decidendi hic interest,

(g) MAGENS c. 14. p. 14.

§. XXIV.

Specialior rei designatio subrogationem eiusmod excludit, vt
pote si signa mercium fuerint expressa, aut species denominatae in
instrumento. Attamen et generaliori mercium nomine quasdam
singulari periculo expositas haud comprehensas esse, legibus et usu
passim introducendum est; id quod alibi intuitu mercium facili corru-
ptioni per naturam obnoxiarum (a), vt et a belligerantibus pro il-
licitis declaratarum (b); alibi vero quoad pretiosa obtinet (c).

Sub denominatione carinae navis, vel nauis, tam carinam
(Schiffs-Casco, Koerper) propriet. d., quam accessoria eius, vel
vt

ut instrumenta, et vel omnia, quae ad instruendam nauim pertinent, intelliguntur (*d*). Ordinarie tamen bac voce nauis significatur mercatoria, eaque major, ideoque nec barca, nec fregata; quarum cum multo maius sit periculum, quod voluntatis substantiam ingreditur, expressionem specialem interuenire oportet (*e*).

(*a*) PREVSS. A. O. §. 28., HAMB. tit. IV. art. 8., SCHWED. V. 4., MIDDLEB. 7.

(*b*) PREVSS. A. O. §. 38., HAMB. IV. art. 10., SCHWED. V. 3.

(*c*) AMST. A. O. art. 10., ROTTERD. a. 41., MIDD. 7.; ex hisce idem quoad adparat, bellicum obtinet.

(*d*) MAGENS c. 16., EMERIGON Ch. X. S. I. p. 287.

(*e*) CASAREGIS disc. I. n. 27., EMERIGON Ch. VI. S. III. p. 161., SCHWED. A. O. III. 2.

§. XXV.

*Nauigatio assecurata et iter nauis res sunt plane diuersae. Viagium assecuratum determinat loca a quo et ad quem; cursus vero inter haec solitus, nisi de alio conuenerit, dirigendus est et facit iter assecuratum (*a*). Ex hac nauigationis assecuratae determinatione indirecte limitata est periculi recepti duratio. Potest tamen etiam directe temporis spatio definiri, quo effluxo nauigatio assecurata finita est (*b*); nisi huic casui conuentione prouisum, ut tunc ad definitum locum continuetur receptum assecuratoris periculum, aucto propteriori duratione praemio (*c*). — Plane aliter tamen iter nauis definitum esse potest. Ex iam dictis enim patebit: 1) unam nauigationem assecuratam plura inter se diuersa et interrupta itinera*

itinera (*d*), vel 2) partem itineris posse continere (*e*). Praeter-eaque 3) manente itinere nauis in quacunque eius direccione et adpulsu ad portus, non durat nauigatio assecurata, tam quodad cursum, ex quo cursus ordinarius mutatus (*f*), vel diuerso ordine, ac conuenit, etiam si iidem determinati portus appetuntur, quam quod ad viaggium, ex quo relicta destinatio. (*g*) — In dubio de-nique de primo nauis itinere, et si actu iter facit, hocce; et de solo aditu, non de reditu simul, nauigatio intelligitur assecurata (*h*); cum stricta pro assecuatoro intuitu periculi suscepiti, militet interpre-tatio.

(*a*) Vid. WESKETT P. I. p. 73. seqq.

(*b*) *Ord. de L. XIV art. 34*, HAMB. V. 15., SCHWED. VI. 15.

(*c*) AMST. A. O. art. 37., HAMB. et SCHWED. ll. cc. Hanc con-ventionem subintelligit *Ord. de L. XIV. art. 35.*, si destinatio nauis in instrum. affec. fuerit designata.

(*d*) CASAREGIS *disc. I. n. 27*, ideoque recte obseruat: "Fallum omnino est in casu nostro, quod itus et reditus nauis considerari debeant pro diuersis viaggiis, sed pro vna tantum nauigatione vel viaggio. Quia viaggium vel nauigatio est nomen iuris, ac vniuersale, potest complecti plura itinera explenda, tam in itu, quam in reditu, pro oneratione et respectiue exoneratione mercium, quas nauis plurimorum ac varii generis desert, in pluribus emporiis vel locis facienda".

(*f*) v. not. *a.*; alia quaestio est: num semper mutatio nauigationis as-securatae contractum tollat.

(*g*) EMERIGON T. II. Ch. XIII. S. X. II, §. 4.

(*h*) IDEM T. II. p. 27. et 42.

§. XXVI.

Praemium vel ad quotam valoris rei, vel tantum quantitas per auersionem determinatum esse potest. Priori casu *plura*, implicite separata, adsunt praemia, quoties in distinctas summas, ratione separatis spectacarum rerum, periculum receptum est (*a*); alias vero, ut et in posteriori casu, *vnum* tantum vere subest praemium. Similiter ratione navigationum vel plurium separatis consideratarum, etiamsi eiusdem rei, plura praemia esse possunt; vel omnium intuitu *vnum*. Idem denique ratione casuum receptorum etiam locum habere potest.

(*a*) v. c. intuitu rei M.: 10000 R., rei N. 8000 R., O. 16000 R. assecuratum; et generatim praemium $\frac{100}{100}$ definitum. Implicite tria separata sunt praemia: nimis pro M; 1000 R., pro N; 800 R., pro O.; 1600 R. quod maxime refert (§. 28).

§. XXVII.

Quod ad contrahentes attinet: assecurati nomen exprimi non est necessitatis, sed sufficit in eius rationem contrahi, cuius interest, aut in cuius rationem res in determinatam naum impositae sunt; quod postea ex recognitionis documento, aut in eius defectu aliunde probatur (*a*). Cum vero is, ad quem periculum spectat, aut in eius rationem mandato ipsis instructus, tantum contrahere valeat (*b*): requiritur, ut respondeant sibi instrumentum assecurationis et documentum recognitionis (*c*). Assecuratio itaque in suam rationem contracta, rata est, quoad in eandem oneratio facta; et in societas rationem illata ad assecurationem aliter non pertinent, ac si etiam

etiam in societatis rationem, concepta, (neutquam ad vnius socii proprio nomine contractam) et quoad eos socios valet, quorum qua talium mandato vel ratificatione assecuratio facta (d); et denique merces societatis, socii assecurati nomine impositae atque assecuratae, in tantum assecuratae sunt, in quantum ad eum pertinent (e).

(a) MAGENS cap. 8. et cap. 59. n. 4.

(b) Vid. supra §§. 19 et 20., et 13. Rechte ideo monet WESKETT, (cum BYNCKERSHOEK Quæst. iur. privat. L. 4. c. 12.) "Eine Asecuranz-Police, welche von einer Person gemacht worden, die kein Interesse daran, auch keine Ordre von einem Interessenten hatte, kann solche nachher keinem Interessenten übertragen, wenn auch gleich der Name des Versicherten in Blanco gelassen ist". v. P. I. pag 220.

(c) Sufficit enim, nisi fraus appareat, probare documento recognitio-
nis sua interfuisse. Ex hisce vero adparet in cuius rationem con-
signatae merces. — Cf. etiam MAGENS l. c. et cap. 15. not. r.,
EMERICON T. I. Ch. XI. S. IV. p. 321—324., WESKETT P. I.
p. 171. et 219. n. 2. — Et eatenus etiam hic valet regula, quod
agenti ex contractu non possit opponi quæstio dominii. —

(d) WESKETT P. II. p. 220. et P. I. p. 227., BYNCKERSHOEK quæst.
iur. privat. L. IV. c. 1., EMERICON T. I. Ch. X. S. I. p. 294 et
VALIN (ad art. 3. Ord. L. XIV.) p. 32. Vid. etiam supra §. not. a.

(e) Vid. etiam EMERICON l. c.

§. XXVIII.

Quoties omnia huius contractus constitutiva separatum in contractum deducta, toties separata etiam est assecuratio. Idque aliter, non, ac in separatum, quamquam ita implicite, constitutis praemiis;

tunc vero semper obtinet, cum separatio praemiorum semp̄r supponat fundamentum separationis periculi, siue in rebus, siue in navigationibus, casibus periculi, aut personis, quibus imminet, positum sit (v. §§. praeced. huius cap. et §. 13). Ita 1) plures res *vna* assecuratione comprehensa, quamquam sua natura maxime diuersae, vt pote nauis et merces, *vnam* faciunt rem assecuratam, aequē vt et rei cuiusdam pars *determinata*; indeque sibi tantum subrogant inuicem (a). Quare etiam sufficit, vt tota assecuratio subsistat, si earum quaedam, quarum valor summam assecuratain conficit, receptum tantum subeant periculum; neutiquam vero separata assecuratione comprehensa rei, ne quidem ex valore aliis inter eosdem contrahentes et in eodem instrumento celebratae superfluo, subrogari aliquid potest; sed in quantum eiusdem valor assecurata summa non complet, in tantum obiectum contractus deficit (v. §. 45.). Nec minus 2) plura inter se diuersa itinera, *vna* assecuratione complexa, *vnam* faciunt nauigationem assecuratam; ideoque aditu et reditu uno praemio assecuratis, ob nauigationis vnitatem, absque interruptione in loco aditus, seu ex quo iterum reditus fit, perdurat assecuratoris periculum, non aliter, ac in loco liciti appulsus, quamquam nauis iter haud faciat, sed ibi immoretur (b). Quod speciali conuentione eget, si aditus et reditus separatim spectati, aut ad locum adpulsus terminata nauigatio fuerit assecurata; — nisi supradictorum speciali conuentione, lege vel vsu contrarium statutum sit. — Denique 3) similiter plures casus periculi, *vna* assecuratione comprehensi, vnum faciunt periculum assecuratum. — Minime vero exinde, quod vnum tantum est assecurationis instru-

men-

mentum, sequitur: vnam tantum esse assecurationem. Quemadmodum enim plurium in eodem instrumento assecutorum, nisi expresse tanquam socii vel correi contraxerint, separatum quisque celebrat contractum; ita etiam vnis idemque assecutor plures assecrationes, si, quae supra (hoc §.) dicta, interueniant, in eodem instrumento contrahit, quae se inuicem habent, ac si a diuersis personis fuerint initae: quoniam personae identitas per accidens adest.

Vna assecratio est *individua*; cum periculum, quod proprio hic *damnum sub ratione incerti inter contrahentes* significat, (§. 14. et 30.) neque ex duratione periculi, vel nauigationis, neque pro casibus receptis, neque ex re, quatenus periculo subesse incepit, mensuram aliquam accipiat, nec ideo eatenus respondens periculo recepto praemium (c). Hactenus considerata, quos peculiares habeant effectus, infra, vbi de validitate, et de perfectione contractus, de cessione per derelictionem (d) (*Abandonirung*), et de acquisitione praemii in specie videndum, patebit.

(a) EMERIGON T. II. Ch. XVI. Sect. V. pag. 165. et T. I. Ch. X. S. 1. p. 290. — Inde etiam obtinet, quod in §. 45. nota h. in f. dictum; cum WESKETT P. II. p. 135. n. 5. in f., vbi de contraria decisione arbitrorum iniusta conqueritur.

(b) AMST. A. O. art. 5, Ord. de L. XIV., PRUVSS. A. O. §. 56., SCHWED. A. O. VI. 6. — Alibi tamen consultius id exprimi putat MAGENS c. 35.

(c) Nam ut eiusmodi diuisio in uno contractu obtineat, speciali causa (ut est conuentio, usus et legis dispositio) opus est: et ita tantum intuitu rei, quatenus periculum subit, diuisio admissa. v. infra §. 44. et 46.

(a) Hic enim una res assecurata, tota, non pro parte est derelinquenda.

"Si par une police je fais assurer mes sucre, et par une autre mes indigos; ou si par la même police je fais assurer distinctement et séparément telle somme sur mes sucre et telle autre somme sur mes indigos, je pourrai, le cas échéant, retenir un de ces objets et de laisser l'autre, parce que ce sont deux assurances distinctes l'une de l'autre". EMERIGON T. II. Ch. XVII. S. VIII. p. 215. Conf. §. 26. supr.

§. XXIX.

Quando contrahentes ab iis, quae legibus et vnu ordinarie in assecratione obtinent, de quibus haec tenus actum (a), adiecta certa alicuius loci, temporis et casus, caet. conditione (b), deflectunt, assecrationem reddunt conditionalem, qualis ideo ex conditione, quae propria eius natura ipsi, indeque tacite inest, non dicenda, nimirum: vt ad euentum incipientis secundum conuentionem periculi demum effectus assecrationis adstrictus sit. Et generatim quaque adiecta conuentio, nisi essentiae contractus aut legibus prohibitiis aduersa sit, cum contractu ipso, effectum sortitur; secundum interpretationem legibus atque vnu, quae in pluribus causis facta est, ei datam. Per naturam rei maxime variae, concernunt istae conuentiones vel ipsa contractus constitutiva eiusque effectus (c), vel in specie modum ad effectum deducendae voluntatis. Ad illas pertinent, praeter alias, conuentio de conduci p̄aestando, de licite adeundis portibus in prosequenda nauigatione, ideoque tantum cursum, non viagium concernit (§. 25.) exentio assecuatoris a p̄aestatione damni non totalis, et ad conditionem adstricta praemii partis restitutio. Ad posteriores vero in specie referenda conuen-

tio

tio de arbitris determinatis adhibendis, de modo praestandae indemnitas, v. c. loco, tempore, personis definitis, et reliqua (a).

(a) et passim infra latius.

(b) Ita fere MARQVARDV de iure mercat. tit. de affec. p. 332, n. 2

(c) vt determinando ea;

(d) quae passim supra iam tractata, infraque passim obuenient.

SECTIO III.

*De indicandis, vt in contrahendo par sit viriusque contrahentis
conditio.*

§. XXX.

Periculum, de cuius auersione hoc contractu agitur, consistit in damno sub ratione incerti a contrahentibus spectato (§. 14.) ; hoc enim respectu etiam de damno iam existente, et de periculo, cui iam exempta res est, assecuratio contraferri potest (a). Inde iure colligitur: tale hic periculum censeri, quale contrahentes bona fide aestimant (§. 32. n. 2, si. n. 3.) eiusque habita ratione definitum premium aequum esse, atque iustum. Ut itaque de periculo recipiendo, eiusque aequo premio mutuus contrahentium consensus rite intervenire possit, illis eorum intuitu, quae periculi ideam determinant, obuiam pariter notitiam esse oportet. Quare utriusque contrahenti ea, quae circa periculum rei peculiariter comperta habet, alteri indicare incumbit (b).

(a)

- (a) *Ord. de L. XIV. art. 38.* vtrumque confirmat: "Declarons nulles les assurances faites après la perte ou l'arrivée des choses assurées, si l'Assuré en seavoit, ou pouvoit seavoir la perte ou l'Assureur, l'arrivée, avant la signature de la police", vid, etiam ll. §. 10. not. b. et c. citt.
- (b) *WESKETT P. II. p. 45.*: "Eben so strafbar ist der Assuredeur, der auf ein Schiff als auf der Reise seyend, zeichnet, von dem er weiß, dass es in einer besondern Situation, oder in wohlbehaltenen Umstaenden (dem Assurirten unwissend) ist, oder von dessen Ankunft der Assuredeur geheime Nachrichten hat".

§. XXXI.

Cum vero a re imprimis, eiusque circumstantiis aestimatio periculi depéndeat, quarum assecurato facilius adquirenda cognitio est; leges eum obligant ut, quatenus fieri potest, assecuratori bona fide indicet: (a) 1) quae concernunt rei constitutionem, nimirum eius qualitatem (b), materiam (c), aetatem, et ad instituendam nauigationem habilitatem (d); 2) nauigationis assecuratae intuitu, locum, vbi iam nauis versetur (e), vnde, quorsum, qua naui, quoque magistro (f), anque cum conductu fiat iter, et ad quos portus appellendum sit. 3) Denique in specie ea, quae singulari periculo rem expoununt, vtpote corruptionis, interitus, detentionis, confiscationis atque interceptionis, caet.; sive in interna rei constitutione, sive in externis circumstantiis posita sint. Et ex hisce intelligendum, modo generaliorem, modo demum specialiorem ipsius assecurati (g), nec non rei assecuratae denominationem atque designationem sufficere.

(a)

- (a) Rvss. K. H. O. §. 183., DAEN. I. HAMB. IV. 13., PREVSS.
§. 89. et 90., SCHWED. V. 6.
- (b) Vbi nauis aedificata sit; inde eius structura innoteſcit, vid.
Rvss. K. H. O. I. c. merces esse corruptibiles etc.
- (c) vtrum querna sit nauis, an pinu exstructa; ultimo non indicato
pro dimidia tantum rata ſuscepta respondet affecrator ex Ord.
AMST. a. 8, DAEN. I.
- (d) v. c. an bene instructa sit, an proelio capta: quia huius maxime
deteriorata conditio totam pactionis ſubſtantiam euerit, si indi-
cata non fuerit.
- (e) AMST. A. O. art. 13. et HAMB. IV. 12. si alibi, ac vnde nau-
gatio affecrata iſtituenda, verſetur, idque non indicatum, nul-
lam declarant affecrationem. Posterior tamen expreſſe adiicit, si
alibi eam ſciuerit affecratus.
- (f) ne 1) in vna naui nimiam ſuo periculo recipiat incſiens affecrator
ratam (§. 2.), RICCARD Neg. d' Amſt. p. 251., et 2) ob incer-
titudinem affecratus pro lubitu damni reparationem, vel praemii
reſtitutionem exigere poſſit, v. EMERIGON T. I. Ch. II. Sect. VII.
pag. 56.
- (g) si fuerit ſubiectus belligerantis

§. XXXII.

Aequa affecratio, si par patet vtrique contrahenti cognoscen-
dae conditionis rei *opportunitas*, inita eſt; eoque caſu obligationi ad
indicandum pleniffime ſatisfactum. Hoc vero locum non habet, 1)
vbi affecratus notitiam ſibi obuiam, velut nuncium acceptum; vel
ſamam publicam loci, vbi ipſe degit, neglexit, et ſupina ipſius
ignorantia cauſa fuit, quod affecrator de ea re certior factus non

F

fit

sit. Indeque etiam plures ordinationes nullam declarant assecurationem, absque denominazione nauis eiusque magistri in instrumento facta, et de mercibus non nisi ex maxime diffisitis terrae regionibus aduehendis *non nominatis nauibus contrahi concedunt* (a). Magis etiam assecurato de nauि, ac mercibus, imputanda est eorum ignorantia, quae nauis conditionem atque cursum concernunt, cum prior ut plurimum nauи magistrum praeponat, eiusque ideo culpam in suum fauorem allegare non possit, ipsique praeterea cum onerantibus de nauis cursu sit conueniendum. Deinde 2) obligationi ad indicandum satisfactum non est, vbi specialioribus verbis, quibus usus est assecuratus, iustum de vera rei conditione suspicionem, quae adhibitis generalioribus terminis, certiore, quam quae ipsi obvia est, scientiam non simulantibus, sustineri potuit, exclusit. Incertitudo potius, si tempore contractus adeo magna fuerit, frustraque iam de rei conditione diu expectatus nuncius, assecuratori indicanda et inserta instrumento clausula “*in boni et aduersi nuncii eventum*” contrahi oportet. Quo neglecto nulla est assecuratio ex plurimis ordinat., interueniente praesumtione iuris et de iure cogniti damni, si illud existit, eiusque nuncius ad locum contractus commode ante contractam assecurationem deferri potuit; quem in finem diuersum spatium viae (c) pro hora legibus definitum, alibi ex loco damni facti (d), alibi ex portu, ad quem primus aduenit nuncius (e), computandum. — Caeterum 1) per naturam rei patet, scientiam, quae in contrahendo communicanda, eam esse, qua gaudet ipse assecuratus, vel qui eius nomine contrahit, ipso tempore contractus, mandans vero tempore mandati negotii, et quae ab ipso ad manda-

ta-

tarium, antequam contractum est, peruenire potuit; et 2) neglectum legitime oblatae scientiae, ac 3) contrarium euentum, atque sola non cogitata non impedire, quo minus valide contractum sit, cum eadem cognoscendae conditionis rei copia fuerit contrahentibus, perspicuum est. Supplendus tamen in indicatis defectus, quam primum fieri potest (f).

(a) *Ord. de L. XIV. art. 4., AMST. A. O. art. 2., ROTTERD. art. 71., SCHWED. V. 13.*

(b) Cf. Rvss. K. H. O. §. 198., *Ord. de L. XIV. art. 40. MIDDLEB. A. O. art. 23, SCHWED. V. 8., DAEN. VI. ROTTERD. art 36., PREVSS. §. 59. 61.*

(c) *Ord. de L. XIV. art. 39., MIDD. I. c., ROTTERD. 35., PREVSS. I. c. et AMST. art. 12. (quae ne quidem dictae clausulae mentionem facit) determinant 3 milliar. pro 2 hor.; Recopil. de L. de las Ind. L. 7. pro hora 1 mill., et Stat. IANVENS. L. IV. c. 17. 2 mill. definit.*

(d) secund. supra cit. II, praeter *Stat. IANVENS.*

(e) EMERIGON T. II. Ch. XV. S. IV. p. 137. ex usu in Gallia obtinere refert.; *Stat. IAN. I. c.*

(f) Rvss. K. H. O. §. 183.

§. XXXIII.

Neglectus in indicando, nisi euidenter de eodem constet, non praesumitur, eumque interuenisse allegandum, atque probandum est. Eius allegatio vero iusto fundamento nititur, vbi indicatio rite facta effectura fuisset, vt allegans vel plane non, vel aequioribus conditionibus, speciatim quod ad praemium attinet, contraxerit. Destruitur itaque hoc fundamentum, dum alter probat: alleganti nihilominus veram qualitatem periculi, de cuius indicationis ne-

glectu conqueritur, legitimo tempore cognitam vel non substantiam periculi, sed tantum accidentalia mutataturam fuisse, vel post contractum demum innotuisse vel allegantem legitime oblatam notitiam neglexisse. (§. 32.) Ad iudicis officium pertinet, de hisce, collatis hoc spectantibus scientiae (§. 41.) fontibus, cognoscere. Probato dolo contrahentis, siue suggestione falsi, siue veri suppressione et insidiose obscure loquendo commisso, nullus est contractus; commissaque fraudis poena, legibus definita, ut praemii iactura, restitutio eius, quod ex contra dictu iam ad dolose agentem peruenit, aliaque pro re nata adhuc decernenda (a). Nullus etiam est contractus ob negligetum in indicandis ob quem leges expresse nullitatem sancierunt (§. 32) et praeter hosce casus propter quemque negligetum, quo periculi, de quo inconuenit, natura adparet mutata, ad tollendum contractum, quam primum innotuit, agere utique potest assecuator (b). Alias vero, nisi circumstantia, citra dolum indicari neglecta, ipsam voluntatis substantiam evertat (c), non de damno ex eiusmodi circumstantia procedente, sed utique de reliquo, respondet assecuator; ita enim bona fide periculum aestimasse, et praemium sibi stipulatus esse, presumendus est (d). Ideoque non tenetur, 1) si ipso singulari, non indicato, deperdita periculo res, veluti confiscationis ob prohibtam qualitatem (e), prohibita loca petita (f), simulationem vexillis, litterisque commissam (g), nec non interceptionis ob proprietatem hostilem (h), vel praedationem maritimam (i), et sequelam conductus praefidarii (k), ut et receptionem nauis, quae mare aut portus liberos nondum attigerat (l). Si vero 2) damno alias etiam praestando res affecta sit, maiori tamen ob singularem conditio-

nem

nem indicari neglectam, quatenus solitam istam quantitatem exce-
dit, non praestatur ab assecuatoro, vtique vero solita (*m*); cuius de-
terminationem difficilem leges varie adiuuerunt (*n*). Ad augendum
vero praemium rarius recurrentum, cum eiusmodi beneficium assecu-
ratori maxime flebile existat, quoniam de damno, de quo bona fide ab
initio cogitatum non est, iam reparando simul vt plurimum agitur.

- (a) RVSS. K. H. O. art. 182, 188, 198., Ord. de L. XIIV. art. 54.,
HAMB. XX. 1., SCHWED. III. 2., MIDDLEB. 30., PREVSS. II.
cc., WESKETT P. I. p. 160, f.
- (b) EMERIGON Ch. III. S. III. et Ch. VI. S. III., Ch. I. S. VI. et
plurib. loc., WESKETT P. II. p. 195, 199, 201.
- (c) vtpote si nauis assecurata proelio capta, nec id indicatum fuerit.
- (d) MAGENS c. 12. 50.
- (e) MAGENS c. 13. SCHWED. A. O. VI. 9.
- (f) MARQVAR'D de iure mercat. h. t. p. 334. SCHWED. A. O. I. c.
- (g) CASAREGIS disc. 68. n. 1.; alias enim licita contra hostes est si-
mulatio, modo assecuratori fuerit indicata.
- (h) EMERIG. Ch. V. S. II., Ch. XII. S. II. Cf. WESK. P. I. p. 247 et 251.
- (i) nimirum si nauis mercatoria armata fuerit, et ad praedationem
maritimam simul destinata; (nauis bellica, vt fregata etc. nauis de-
nominatione hic plane non intelligitur (§. 24.). EMERIGON Ch. VI.
S. IV. §. 1.
- (k) HAMB. A. O. IV. art. 6. in f.. SCHWED. V. 14.
- (l) HAMB. A. O. IV. art. 11., SCHWED. V. 5., PREVSS. A. O. §. 41.
- (m) MAGENS c. 12.

(n) v. §. 3. n. c. AMST. A. O. 34. si merces corruptibiles in instrumento non fuerint designatae, asscurator non respondet de damno minori 10 in centenos; si fuerint expressae, de damno minori 3 in centenos. — Ratio illa 10 in cent. in aliis rebus, in aliis 5 in centen. semper obtinet in Russia, nisi expressa conventione aliter statutum. RVSS: K. H. O. §. 192., Ord. de L. XIV. "Il sera fait designation dans la Police des marchandises sujettes à coulage; si non, les Assureurs ne répondront point des dommages qui leur pourront arriver par tempête; si ce n'est que l'assurance soit faite sur retour des Païs étrangers.

SECTIO IV.

De aestimatione in contrahendo tam per indicationem, quam per conventionem facta.

§. XXXIV.

Vtrum 1) ultra iustam aestimationem, et 2) ultra verum rei valorem asscuratio valide fiat, nec ne? plane diuersae sunt quaestiones, quarum illa generaliter negando supra (§. 13. 16.) exposita; haec vero, quoad, iusta quae dicenda sit aestimatio, agitur, illi praejudicialis, hic discutienda.

Aestimatio in genere est pretii determinatio; hoc vero vel per se arbitarium, vel aliunde definitum, nimirum aut lege, vel conventione quo comparata est res, aut communi hominum aestimatione, seu vulgare. Ultimum per se ad locum et tempus adstrictum, scil. (hic) vel contractus, vel onerationis, vel exonerationis

tionis. Cuius rei per naturam, vel legis dispositionem vel conuentio[n]is indeolem pretium non est diuersum, eius etiam diuersa aestimatio locum habere nequit. Indeque cessat aestimatio 1) pecuniae, de cuius assecuratione agitur, nisi quoad permutationis fixus non obtinet cursus; 2) impensarum qualiumcumque, siue in nauem instruendam siue in merces inferendas factarum, caet.; 3) praemii assecurandi; 4) pretii ipsius, quo emta est res, secus si permutatione aliis rei comparata fuerit; 5) vecturae, nisi in eandem personam et locatoris et conductoris qualitas concurrat, et denique 6) obiecli reasseturandi, cuius pretium idem inter reassurato[rem] et reassuratum, ac inter hunc et assurato[rem], vel assuratum obtinet; nisi hic, plane sublato priori contraetu, ex integro contraxerit. — Haec tamen ita: nisi, posthabito commodo suo, rem infra pretium verum aestimare velit assecuratus, cum, quo minus de minori, quam suo periculo est, sibi quis prospiciat, nihil impediat.

§. XXXV,

Quarum rerum incerta est pretii ratio, atque postmodo difficultior ideo euentura aestimatio, earum pretii intuitu in contrahenda assecuratione utiliter adiicitur conuentio. Quod, praeter supra (§. praeced. n. 1, (a), 4. (b) et 5. (c)) memoratos casus, 1) in ratis, pro quibus navis proprietatem singuli participant naucleri (d), ob vsu, nisi prius sit iter faciendum, anterioribus adeptum decrementum; 2) in mercibus ex propriis fabricis vel fundis prouenientibus (e); et 3) in lucro sperando, vbi licita eius est assecuratio (f) locum sortitur.

(a)

(a) MAGENS c. 29. ab init., pag. 38.

(b) Ord. de L. XIV., art. 65. "l'estimation des marchandises de rapport sera faite sur le pied de la valeur de celles données en échange et des frais faits pour le transport".

(c) AMST. A. O. art. 15.: "een ingevallen een Schip voor eyge Meesters Rekening goederen geladen heeft, waar van men de vragten wil laaten verseekeren, zullen dezelve in de Police moeten getaxeert werden".

(d) MAGENS c. 29. in f. p. 38.

(e) AMST. A. O. art. 22., EMERICON T. I. pag. 262.

(f) AMST. A. O. art. 17. expresse requirit.

S. XXXVI.

Contractus adiecta aestimatio, consentiente assecuratore, vt eum obliget, fieri debet. Nec obligat, quam leges fieri prohibent (a), viplurimum ea, quae verum valorem excedit (b), ne assecratio titulum adquirendi praebeat assecurato. Quod tamen, et saluo hoc principio, ita accipiunt, 1) vt nauim liceat eo valore aestimare, quo instructa tempore instituendae nauigationis venit (c), merces vero vel visitato onerationis loco et tempore, vel eo, quo emtae, pretio (d); praetereaque adiicere impensas usque, dum naui impontantur, ipsarum intuitu erogatas (e); tum 2) praemium assecurationis (e) et 3) modicum lucrum, ubi eius prohibita non est assecratio (f).

(a) Rvss. K. H. O. §. 183. "Eine bey der Versicherung begangene vorsetzliche Verheuelung in Ruecksicht — des wahren Werths — soll als Betrug und Hinterlist angesehen werden", Cf. etiam §. 189. (infra

§. 38.

§. 38.) et §. 115. (infra §. 39.). — AMST. A. O. art. 22. "een fall geen taxatie in der Police plaats hebben van goederen en Effeten, waar van den rechten incoop of waarde kan werden geproduceert". — PREVSS. A. O. ueber den Werth des Schiffs oder der Waaren darf die Versicherung nicht gehen, daher — allezeit gewuerdiget, und der zwischen beyden Theilen verglichene Werth in der Police in Gelde ausgedrueckt auch im Fall der Verguetung ohne weitern Beweis zum Grunde gelegt werden".

(b) vid. ll. sub a. c. et d. citt.

(c) AMST. A. O. art. 7., Ord. de L. XIV. art. 8., PREVSS. A. O. art. 43. et 27., SCHWED. III. 2., DAEN. II., MIDDLEB., Ampliation art. 3.

(d) AMST. A. O. art. 22, Ord. de L. XIV. 22. "sous peine — de confiscation des Marchandises nisi absque fraude facta art. 23. Recopil. de Leyes de las Ind. L. 15. et 41., ROTTERD. A. O. art. 30., 31. et 70., MIDDLEB. 3. (ex Ind. orient. duplo aestimare licet expe-ctatas art. 6.), SCHWED. MI. 3., (e regionib. extra Europ. sitis aduenturas $\frac{1}{2}$ valoris, art. 4.), DAEN. II., (ex Ind. or. aduen- das duplo MI.), Ord. PHIL. II. art. 12. Quae in Anglia obtainent circa hanc rem principia, refert WESKETT P. II. pag. 44. "Die einzige Wirkung der Taxation ist, dass der Betrag der Einkaufskosten festgesetzt wird, gleich als wenn es die Partieyen beym Verkaer einraeumten, aber nach einem jeden Argument und in jeder Absicht muss es so angenommen werden, als sey der Werth dergestalt bestimmt worden, dass der Versicherte dadurch eine Schadlos-haltung haben wollte". Cf. MAGENS c. 28. p. 37. et EMERIGON T. I. Ch. IX. S. I. p. 262.; HAMB. A. O. III. 3.

(e) AMST. A. O. art. 22., Recopil. L. 9., SCHWED., PREVSS., MIDDLEB., HAMB. II. cc., ROTTERD. art. 25., Ord. de L. XIV art. 64. "y compris tous droits et frais faits jusqu' à bord".

EMERIGON Ch. IX. S. VI. "on y comprend les emballages, enfoncages, charriages, droits et Provision de celui qui adresse les marchandises".

(f) HAMB. A. O. I. c.

§. XXXVII.

Aestimatio per auersionem sive denominatarum rerum, sive mercium hac summa aestimatarum, sufficit imprimis, vbi de totalis damni restituzione agitur; sufficientior vero est specialis rerum singularum denominatarum (a) tam quantitati, quam quotae laesio- nis definienda. *De interesse vel non-interesse assecuratio*, in totali tantum damno adhibenda (b), magis in sponsionem transit; rariusque permissa est (c).

(a) Cf. MAGENS c. 30.

(b) Indeque adiiciunt clausulam: *Frey von Haverey und ohne Nutzen aus der Bergung.*

(c) in M. Brit. 1) in nauibus priuatorum bellicis et 2) mercibus, prefecturis ex portibus Hisp. atque Lusitan. in Europa et America sitis. GEORG. II. Stat. c. 37. §. 1. ap. WESKETT P. II. p. 327., PREVSS. A. O. 34.

§. XXXVIII.

Ad effectum legitime constitutae, seu iustae aestimationis pertinet, quod quaestionum inter contrahentes ex rei valore decidendarum fundamento defungatur (a), ideoque secundum eam praemii conuenti, et damni, sive totalis sive non totalis, fiat praestatio. Qua itaque 1) ratione haec aestimatio verum rei valorem, eadem damni, quae inter

inter contrahentes obtinet aestimatio, veram eiusdem quantitatem exsuperat; et 2) qua verus rei valor, aestimationem rei, eadem ratione et damni vera aestimatio, inter contrahentes respiciendam exsuperat (b). Id tamen 3) obseruandum: ubique sere, quod ad auarium communem attinet, illud pretium, quo inter contribuentes, damnum et cuiusque res aestimata est, etiam inter assecutum atque eius assecratores attendi, non obstante, de qua in contrahendo conuenit, aestimatione (c). Cumque ad ita (n. 1. 2. et 3) constitutam damni aestimationem, pro sua quisque aestimationis totius rei ab initio definitae rata, praestandam concurrant assecratores, consequitur assecutum ipsum assecutoris instar esse 1) pro rata, qua infra verum valorem (n. 2.) aestimata est res, et 2) pro rata, qua tota aestimatio, de qua conuenit, non est assecurata; indeque in utroque casu actiue atque passiue cum reliquis suae rei assecutoribus concurrere (d), et in posteriori casu 3) quantumcumque sit aestimatio, de qua conuenit, nisi tota fuerit assecurata, eundem in contributione ad auarium communem semper pro vera rei aestimatione sentire damnum (e).

(a) tituli loco est utriusque contrahenti conuentio.

(b) Alias in damno reuera non totali contingere, si damni aestimatio vera conficiat summam assecuratam, totius summae assecuratae, i. e. totalis damni, praestatio, quod repugnat; et praemium esset iniquum, quoniam in supposito casu si de toto vero valore cauisset assecutor, ideoque per naturam rei maius praemium sibi stipulatus fuisset, non tamen magis praestaret: prætereaque iam supra (§. 13. 23.) propositis principiis aduersatur ista ratio.

- (c) MAGENS cap. 29. p. 38. et cap. 46. in fin. p. 73, WESKETT P.
II. p. 34. EMERIGON T. I. Ch. XII. S. XLIV. p. 659.
- (d) RVSS K. H. O. §. 189. "Wenn jemand sein Schiff oder Fahrzeug, oder Waare und Ladung nicht zum vollen, sondern nur einen Theil desselben bey der Versicherungs-Gesellschaft versichern laest, so soll er demohngeachtet gedachter Gesellschaft eine richtige, umstaendliche getreue und genaue Nachricht von diesem Schiffe oder Fahrzeuge, oder der Waare und Ladung, oder andern Sache, und deren vollem Werthe geben; damit im Fall eines Schiffbruchs oder Verunglueckung, das aus dem Schiffbruch oder der Verunglueckung geborgene zwischen dem Eigenthuemer, oder den Eigenthuemern und der Versicherungs-Gesellschaft, nach Verhaeltnis des Werths, welchen jeder auf seine Gefahr uebernommen hat, getheilet werden koenne; auch soll die Haverey gleichmaessig nach demselben Verhaeltnis von dem Eigenthuemer oder den Eigenthuemern und der Versicherungsgesellschaft bezahlt werden". Cf. etiam WESKETT P.
II. pag. 44. et EMERIGON T. II. Ch. XVII. S. XIII. p. 237.

§. XXXVIII.

Aestimatio in contrahenda assecuratione adposita, nisi talis appareat, quam leges prohibent, iusta prae sumitur, donec probetur contrarium (a); et conuentio, vt in ea citra alias rationis productionem adquiescant contrahentes, ut plurimum effectum sortitur (b). Veri valoris excessus vbi prohibitus est, vel non rite indicatus, et contrahentium consensu non innititur, laesionem ex aestimatione constituit, probatusque ab allegante sive ex collusione, asseclu vel negligentia, sive aliunde contigerit, aestimationis, nisi ob dolum interuenientem nullus sit contractus, tanquam iniustae efficit rescissionem (c), ita vt ad verum valorem reducatur, itemque

prae-

praemium, de quo eius intuitu conuenit. Quoniam vero in aliis ac iam dictis casibus iusta conuentione nititur aestimatio, cessat eiusmodi laesionis, tamquam iustae aestimationem rescindendi cauiae, allegatio, indeque et probatio (d). Ad summouendam vero, vel aggrauandam, quae de rei laesione ab assecurato promota, si eatenus eam in potestate sub' sua habuerit, ex testimoniis colligitur suspicio, locus nouae aestimationi utique esse potest (d), cum nimia aestimatio per se iam praesumptionem prauae intentionis efficiat.

- (a) Conf. supra §. 36. not., *Ord. de L. XIV.* art. 8. et **EMERIGON** T. I. Ch. IX. f. v. itemque **VALLIN** et **POTHIER** ad art. eiusd. *Ord.* 64., **HAMB.** A. O. XII. 4. **SCHWED.** III. 2., *Ord. PHIL.* II. 21. 10., **MAGENS** c. 25. et **WESKETT** P. II. p. 244. n. 5. Ex *Reco-*
pil. de L. L. 41. sufficit iurament. onerantis confirm.
- (b) **RVSS.** K. H. O. §. 215. in instr. aff. adiecto, n. 6., et in Gallia,
EMERIGON l. c. et in Anglia: **WESKETT** l. c. (not. d. §. 36.)
- (c) Cf. in primis *Ord. PHIL.* II. l. c.

SECTIO V.

De extera assecurationis contractus forma.

§. XL.

Forma huius contractus externa in legitima mutui consensu declaratione in scriptis (a), vel publica auctoritate impressis, si quae hunc in finem exstant, formulis (b) consistit. Pertinet itaque 1) ad eius substantiam, ut essentialia assecurationis periculum, puta, rece-

ptum, rem, nauigationem, praemium et contrahentes) rite determinata exhibeat; et quidem assecurati vel mandatarii eius nomen, aut clausulam “*an Zeigern dieser*”, vel aequipollentem; cum sub ipsius custodia maneat instrumentum, in ipso tenore, assecuratoris vero nomen in extremis litteris scriptum, adiecto infra anno et die (*c*); deinde 2) indicanda, quae alicubi sub nullitatis poena instrumento contineri leges iubent (§. 31). Quod plures ordinationes expresse desiderant, aliasque caute fit, ut, in quibus instrumenti contenta mutare, augere vel proprius determinare conuenerit, instrumento complectantur (*d*), id quidem ad validitatem clausularum s. d., sed per naturam rei ad instrumenti ipsius substantiam non pertinet.

Cum vero contenta instrumenti ex tempore ac modo subscriptionis obligandi vim obtineant: sequitur inde, 1) ea, quae postmodo instrumento inserta sunt, noua speciali subscriptione esse agnoscenda, nec minus 2) posteriorem in subscribendo assecuratorem in easdem conditiones, sub quibus praecedens contraxit, tacite consentientem, nisi contrariam ipse adiecerit conuentionem, esse intelligendum (*e*); 3) vero neutiquam ad eum pertinere, quae qualisunque assecuator postea adposuit, nisi iterum noua subscriptione hisce inter se et assecuratum obligandi vim tribuerit. — Abusus in subscriptione instrumenti litteris nondum repleti, legibus maxime aduersus est, et expresse prohibitus.

(a) *Russ. K. H. O.* §. 181, assecuratio adeat, si quis “*eine schriftliche Vergewisserung erhaelt*”; vid. et *Ordonn. de L. XLV.* art. 2., *DAEN.* art. 1. *SCHWED.* IV. 1., *AMST.* 38, *ROTTERD.* 76. — Anti. quitus scriptoram quoad hunc contractum non fuisse in ysu, refert *GUIDON de la mer* Ch. I, art. 2, p. 223.

(b)

- (b) AMST. A. O. art. 38. 59 — 61.. HAMB. I. 1. et XXIII. 4., SCHWED. et ROTTERD. II. cc. (In iis nimirum casibus, quorum formulae exstant).
- (c) Abusus tamen is inualuit, ut primus tantum assessor adiecto anno et die, reliqui absque eodem subscrivant. v. EMERIGON Ch. II. S. IV. p. 41.
- (d) HAMB. A. O. IV. art. 1., Ord. de L. XIV. art. 3.
- (e) EMERIGON Ch. II. S. IV. p. 43.

S E C T I O VI.

De effectu negligiae formae et de interpretatione contractus.

§. XLI.

Consideratis hactenus, quae ad legitime declarandi consensus: formam tam externam, quam internam pertinent, et declarati argumentum atque fundamentum in specie concernunt; superest adhuc generalior disquisitio: in quantum defectus in hisce validitatibus contractus obstet; et quae sit obscuritatis in declarata voluntate explicandae ratio. Et generatim nulla est conuentio de iis, quae contrahentium voluntati exempta sunt, sive per naturam rei, sive per legis dispositionem prohibitiam. Vtroque respectu nulla est assessoratio, quoad essentialia deficiunt, aequo si ab initio hoc contingat, ac si superueniens circumstantia, cetera conditio aut conuentio adiecta, eius naturam euerteret; nisi quia adiecta conditio seu conuentio per se iam ob eandem rationem nulla sit, quo casu valide in-

se

se constitutam assecurationem vitiare non potest. Secundum haecce argumenta et quae allata sunt §. 28. in f., pluribus rebus, aliis licitis, aliis illicitis huius contractus obieclis, propositis, non de hisce, vtique vero de illis subsistit assecuratio (*a*); de tota re quādam contracta, valet, quoad res non obligata est creditori per bōdemeriam, aut anteriori instrumento non est in assecurationem deducta; vltra id quod assecurati interest contracta, pro eo, quod interest subsistit; prorsus nulla est, in qua praemium deficit. At aestimatio vltra iustum modum adiecta, per se eatenus nulla est, nec ideo nullitatem valide constitutae assecurationis efficere potest, et ita porro. — Et nisi circumstantia adsit ab initio, aut superueniat, quae ipsam voluntatis substantiam pervertit (*b*) subsistit conventionis; quoad consensus adest. — Dolus tamen semper nullam reddit assecurationem, cum imprimis bona fide nitatur.

(*a*) POTHIER n. 44. et EMERIGON Ch. VIII. p. 197.

(*b*) Res tamen semper eadem manet, et si successiva subrogatione omnibus partibus mutata sit.

§. XLII.

Cum leges non solum ipsam assecurationem sub nullitatis praedictio, adiectaque pacta etiam in instrumento celebrari desiderent; sequitur inde: hocce instrumentum in omnibus, vbi de voluntate contrahentium agitur, primum esse inspiciendum, eiusque verba imprimis ponderanda. Ea enim voluntas consideranda, quae in ineunda conuentione fuit: eaque certius et melius haberi non potest. Verba vero, quibus usi sunt, significatu legibus atque usu recepto

cepto sunt accipienda, cum in ea, quae in negotio ordinarie obtinent, consensisse contrahentes videantur, ob scientiam eorum, negotio se ingerendo, indirecte suscepitam et intermissam legitimam contrariae voluntatis declarationem. *V*erò tanquam res facti, et pro locis atque temporibus varius, eo loco, vbi contractum est, obtinens, ab allegante probandus. Cui fini accommodata sunt arte peritorum iudicia, ac imprimis camerarum commercii praeiudicia, non vero alio hic adminiculo tentanda, cum legibus, non exemplis, sit iudicandum. Alius adhuc fons explicandae voluntatis dubiae in iis est, quae tempore conuentionis initae contrahentibus innotuere: isque imprimis refert, vbi in indicandis impar vtriusque contrahentis scientia fuit. Ad superiorem alterius, praecipue assecurati scientiam euincendam ea sunt accersenda atque inspicienda, ex quibus oriunda est; ceu litterae mandatariorum, imprimis quorum curae oneratio atque transmissio rei mandata fuit, nec non ipsa publica fama. *V*t vero patefiat, vtrum circumstantias ipsis adnuntiatas cum assecuratore, aut qui eius nomine contrahit, communicare potuerint assecuratus, aut in rem eius contrahens: comparanda accuratissime loca et temporis momenta, quibus scriptae, receptaque litterae, vel fama alias nuncius existit, et celebratus contractus, Attamen nec dolus, nec error interuenisse praesumitur, et in dubio semper favorabiliores in iure sunt assecutoris partes, non modo tanquam debitoris, sed etiam fraudi atque circumventioni assecurati, eiusque mandatariorum expositi, quorum fidei vel ipsa negotii natura se committere adigitur. Caeterum iura magis validitati actus, quam eius nullitati fauent, ideoque negotium, ut fieri debuit, gestum praesumitur.

H

CAP.

CAP. III.
De perficienda assécuratione.

§. XLIII.

Perficitur contraðius iis interuenientibus, sine quibus iura ex contractu, quem cum causa initus est adquiri nequeunt. Huc pertinet primum *scriptio instrumenti* ab assecuatoro facta, qua, quod ad consensum attinet, perfectus demum est contraðius. At non solum iis, quibus accedit conditionibus, existentem demum facit contraðium (§. 40.), sed et inter diuersa instrumenta prioritas temporis, secundum prioris in quoque assecutoris subscriptionem attenditur, et ita omnes eiusdem instrumenti assecutores pari iure cum primo subscriptente fruuntur; indeque ex priori instrumento existentes, potiores sunt omnibus ex posteriori, et si actu antea subscripterint, in perficiendo contractu, iisque, quae inde obtinent (v. II. §. 44. n. i.). Alterum, quod, ut perficiatur assecuratio, interuenire oportet, est *initium periculi recepti*; cum ^a 1) de iis tantum respondeat assecuator, quae periculo recepto actu exposita, casu suscepito, damno afficiuntur, et ^b 2) ita hocce initium tanquam tacita huic contraðui insit conditio, ut ex sequentibus latius patebit. Denique in specie in Russia ad contractus perfectionem requiritur praemii solutio tempore subscripti instrumenti facta; ita ut et eius confessionem in ipso instrumento (*a*), quod in Anglia quoque obseruandum est, factam esse oporteat (*b*).

(*a*) Rvss. K. H. O. §. 207. (*b*) WESKETT P. II. p. 61. n. 4.

§. XLIV.

§. XLIV.

Initio periculi perficitur contractus, quatenus (§. 25.44) ad item, usus et conuentionis normam res assecurata receptum periculum subit (§. 43.). De diuerso enim periculo, sive ratione casuum receptorum, sive ratione rei, nauigationis, temporis (a) aliarumque circumstantiarum consensu non adest, nec ante recepti periculi initium distinctioni, utrum ex recepto, an non recepto casu conditio, sub qua contractum, deficiat, locus esse potest. Deficiunt itaque perfecio contractus eiusque effectus, prout plane vel in quantum res assecurata receptum non subit periculum (b) vt pote nullam vel aliam, ac assecuratam nauigationem, instituens, iisque de quibus conuenit nauibus, et ad determinatam quantitatem cuique earum, non imposita est (c), vel conductus ab initio statim adhibitus deficit (d). Cumque receptum tantum intelligatur periculum, quod sub adhibita determinatione ad assecuratum spectat (§ 27. 13.), similiter perfectione caret contractus, in quantum res ab assecutato ante initium periculi vendita (e), vel creditori in carinam aut cambium marinum obligata est (f), aut valor assecuratus periculum actu subeuntem exsuperat (g), prout assecuratio vel ultra iustum aestimationem aut eius quotam definitam (Cap. II. S. I.), vel ultra verum rei valorem prohibita est, aut ultimum citra assecurati voluntatem contigit (h). In perfiendo contractu plures assecurations (i) in eodem instrumento celebratae (vid. §. 28.) pari iure pro rata fruuntur; in posteriori vero celebratae, in quantum assecurati, detracto quod tempore priori (§. 43). emetitur, sub adhibita determinatione vere adhuc intereat (j).

- (a) Si in periculis tempus citra necessitatem dilata fuerit nauigatio, secundum Ord. PRVSS. §. 76. et SVEC. V. 21. asscurator conveniens augmento periculi praemii augmentum impetrare potest.
- (b) AMST. A. O. art. 28., HAMB. V. 16., DAEN. 7., Ord. de L XIV. 32. et 37., Ord. PHIL. II. art. 16., PREVSS. A. O. §. 101. 103. et 104., SCHWED. VII. 2., MIDDLEB. art. 24., Recopil. de L. de l. Indias I. 12., WESKETT P. II. p. III.
- (c) Ord. de L. XIV. art. 32., PREVSS. 105., HAMB. IV. 15. et V. 16., SCHWED. VII. 5., Recopil. L. 12.. MAGENS cap. 55.; Add. etiam arg. §. 19. RVSS. K. H. O.
- (d) scil. si in ipso initii momento interuenire debuerit.
- (e) RVSS. K. H. O. §. 196., nisi aliter conuenerit. Ita etiam in Anglia; WESKETT P. I. p. 221. et 239. In Gallia cessionem, cum translatione dominii rei, etiam, iuris ex hoc contractu accipiunt, EMERIGON. T. II. p. 160.
- (f) id expr. habet AMST. A. O. art. 21, addit.
- (g) vid. II. nota b. citt.
- (h) HAMB. A. O. VI. I., PREVSS. §. 102., SCHWED. VII. 3.
- (i) AMST. A. O. art. 24, Ord de L. XIV. 24. et 25., HAMB. VI. 3., PREVSS. §. 107., Recopil. I. 15., SCHWED. VII. 7., MIDDLEB. 32. Statuta IANVENS. ita: "priores (scil. securitates) in tempore intelligentur concurrisse, — inter pares tempore quilibet teneatur pro rata summae assūcuratae". — Ex Recop. de L. de las Ind., posteriores tempore eidem instrumento aequa ac diuersis, subscribentes, prioribus cedunt. — De vnu in Engl. vid. MAGENS c. 56. Duorum itaque instrumentorum si prius de pluribus rebus, posteriorius, de speciali re conceptum fuerit hoc tantum perficitur, quoad priori res tota non continetur. v. WESKETT P. II. p. 135. n. 5. in f. v. supra §. 23.

§. XLV.

§. XLV.

Decisioni recepti periculi locus patet, *ex quo* pro nauigatione assecurata in loco a quo 1) nauis assecurata anchoras soluit (*a*), vel onerari inchoatur (*b*), vsque ad elapsas, post anchorarum in loco *ad quem* factam electionem 24 horas (*a*) vel vsque ibi secutam faciendam exonerationem (*b*); 2) alia vero res naui imposita est (*c*), vel littus reliquit (*d*) aut in aggerem importata est (*e*); donec in loco ad quem iterum nauem relinquit, vel littus attingit; nisi ob protractam per 15 dies exonerationem, iam cessauerit assecuratoris periculum. Ex ita varie definitis durationis periculi terminis, nisi aliter conuenerit, varia etiam obtinere consecutaria necesse est: 1) inde, propter magnam differentiam, inter effectum deficientis circumstantiae, quam in ipso initii recepti periculi momento, et quam postea interuenire ponit conuentio; cum ultimo casu distinctioni, virum ex praestanda causa id contigat (§. 50. et 53.), priori vero nequaquam, locus esse possit (§. praec.); nec minus 2) intuitu periculi rei in nauiculis, quibus ad nauim, vele naui, dictis locis, transfertur; dum illud alibi neutquam (*c*), vtique alibi (*d*), praestet assecuator; et 3) eatenus inde de casu, in terra existenti rei eueniente; citra caussam vbi durat periculum praestandum, id effici entem (§. 52.); eo minus et siue ita arresto, siue alio modo extra dictos periculi terminos interueniente, damnum sentiat assecuratus, vel nauigatio instituenda impediatur, assecuator minime respondet.

(*a*) Ita ex Rvss. K. H. O. § 211. et in Anglia: WESKETT P. I. p. 90. n. 4. et p. 227, nec non in Gallia: Ord. de L. XIV. tit. des af-

furs

sur. art. 5., et tit. du contr. à la grosse art. 13. (24 horae ibi non exiguntur quod ad finem).

- (b) AMST. A. O. §. 5., HAMB. A. O. V. 12 et 16., PREVSS. 53. et 54. SCHWED. VI. Ex O AMST. 5. si intra 21 dies nauis ass. exoneretur
- (c) RVSS. K. H. O. §. 193. sq. et in Anglia: WESKETT P. I. p. 285. n. 5., RVSS. K. H. O. §. 193., et MAGENS Verjuch c. 33.
- (d) Ord. de L. XIV. I. c., PREVSS. A. O. §. 55. et 58., DAEN. 7., Ord. PHIL II. art. 2., Recopil. de L. de las Ind. I. 14., 37., 38. et 40.
- (e) AMST. A. O. art. 5., ROTTERD. 46., MIDDLELB. II.

§. XLVI.

Separata quaque assecuratio periculi recepti initio perficitur separatim; totaque quotenus individua est; indeque eadem ratione de recepto periculo respondet assecurator, praemiumque acquirit: nimirum, intuitu rei, quotenus receptum subit periculum (§. 4.); pro tota vero nauigatione (a) siue ex locis a quo et ad quem, siue ex temporis tractu determinata, totoque periculo, quorum intuitu *vnum* praemium conuenit, seu *vna* assecuratio adest (§. 28). Indeque, 1) quas incepto iam periculo interuenire ponit conuentio, earum circumstantiarum defectus, ex casu recepto eveniens, non impedit, quo minus perduret assecuatoris obligatio; ex quo 2) porro patet, magnum esse discrimen inter *vnam* et *plures* nauigations (§. 28): cum, quoties separatae adsunt assecurationes, toties etiam in cuiusvis earum iniui momento omnes pro ecdem determinatae circumstantiae indistincte, ut subsistat contractus, interuenire oporteat. Indeque eo consutius assecurato factum videtur, quoplura nauis itinera tanquam *vnam* in contractum deduxerit nauigationem.

(a)

- (a) *Ord. de L. XIV.* art. 27. 35. 36. in fine¹, HAMB. A. O. Tit. VII.
art. 5., SCHWED. VII. 4. et 6, WESKETT P. II. p. 67. et 114. n.
7. P. I. pag 346. et 347.
- (b) v. §. seq. not. b. citt.
- (c) Rvss. K. H. O. §. 197., *Ord. de L. XIV.* art. 26. 36. et 37.,
HAMB. IV. 6., V. 18., SCHWED. V. 10—12. et 16., PREVSS. A.
O. §. 77. 78. 79. 85 et 87.

§. XLVII.

Praemium praenumeratum, quatenus illud non adquirit, *refiri-*
tuere tenetur assecuator: indeque (secundum §. praece.) 1) pro
rata rei aut valoris assecurati, receptum ab assecutore periculum
non subeunte (§. 44.), totumque, si nihil illud subit; 2) neuti-
quam vero pro rata *unius* nauigationis (§. 28. n. 2.) non finita (a);
nec 3) pro rata casuum quorundam cum aliis *vna* assecuratione re-
ceptorum, quibus res exposita non fuit (b). Ex hisce 1) intel-
ligendum principium: semel incepto assecutoris periculo, *irrevo-*
cabiliter statim adquisitum esse praemium; et deminutionem peri-
culi in fauorem assecutoris fieri (c); deinde 2) patet: separa-
ratae nauigationis intuitu definitum praemium alterius initio non
esse adquisitum: proindeque plura itinera tanquam *vnam* in contra-
rium deduci nauigationem, vtilius assecutori esse hoc, vt alio re-
spectu assecurato (v. §. praece, in fin.); et denique 3) assecurato-
ris obligationem, praemiique adquisitionem esse correlata; hoc se-
cundum huius contractus naturam, cuius propria materia in damno
sub ratione incerti inter contrahentes consistit, accepto (§. 30.).
Praeterea, quod contrahentium arbitrio exemptum non sit, hisce
casu-

casibus conventionibus adpositis prouidere, ad analogiam ex iisdem rationibus, quibus proposita principia ipsa nituntur, et desumpta inde aequitatis ratione, exceptiones passim obtinent: nimirum quod 1) incepto iam assecutoris periculo, cessante ante relictum portum nauigatione assecurata, aequa a lege vel arbitris definita praemii rata ad assecuratum redeunte, ex spiret contraictus (d). 2) Quod aditu et reditu uno praemio assecuratis, quasi pro diuisa nauigatione et assecuratione, alterius cessantis intuitu, in Anglia, quantae pro ea separata (e), in Gallia vero tertiae, totius praemii partis, restitutio facienda. 3) Ex simili argumento in Anglia, deficiente conductu, e definito in nauigatione obuio loco, praestando, pro hac vltiori nauigationis parte, cum obligatione assecutoris, praemii pro rata cessat adquisitio. Manet tamen regula, totum praemium adquiri, si per rei interitum vltior nauigatio cesset, ipsis exceptionibus confirmata; vt et semper, vbi eiusmodi exceptiones specialiter non introductae.

(a) vid. II. §. praec. nota (a) citt. tit. et PRESS. A. O. §. 106. in specie hoc illustrat: "Wird ein Schiff oder Gtth auf mehrere Oerter versichert, und ist in der Police zwischem jeden Ort eine absouderliche Praemie bedungen worden; so ist, im Fall dass die Reise geandert oder verknerzt wird, oder auch ein Vnglueck sich ereignet, nachdem das versicherte Schiff an einen von den in der Police zuerst benannten Orten angelangt, der Versicherer verbunden, von der erhaltenen Praemie mit Abkuerzung pCent, souiel zu erstatte, als zwischen dem Ablegungs- und dem Ladungs - und Loeschungs- Orte bedungen worpen. Ist in dem Versicherungsbriese nicht zwischen jededen Ort eine besondere, sondern ueberhaupt fuer die ganze Reise eine Praemie bedungen worden, so behaelt der Versicherer die ganze Prae-

Praemie, falls die Reise geaendert oder verkuerzt wird; oder ein Schade entsteht, ehe Schiff und Guth an einem derer in der Police bestimmten Oerter angelangt ist.

- (b) EMERIGON T. II. Ch. XVI. S. II. p. 159. “*Un moment de risque suffit — pour que les Assureurs acquierrent definitivement la prime*”. Idem habent WESKETT P. II. p. 67. n. 3. et plures Ordinationes expresse. Cf. etiam MAGENS II. Abschn. p. 121.
- (c) MAGENS cap. 38.
- (d) EX HAMB. A. O. V. 17., SCHWED. VII. 4., AMST. art. 23., (quae i in centenos assicuratori pro periculo, quod sustinuit, defini- nit). Vid. etiam MAGENS cap. 55.
- (e) WESKETT P. II., p. 212. et p. 115. n. 12.
- (f) *Ord. de L.* XIV. art. 6. Cf. EMERIGON T. I. Ch. III. S. II. p. 65

§. XLVIII.

Cum vero neutquam meri alterutrius contrahentis arbitrii sit, utrum subsistat, an non subsistat contractus, euanescentis ob deficien- tem perfectionem, idonea esse debet ratio, quae in eo, quod ipse assicuratus, vel alias assicurator, et vel minori praemio, pericu- lum iam translatum in se recipere velit, minime, sed ortis aliunde impedimentis posita est (a). Quibus, cum facti sint, et ad libera- tionis ab obligatione ex contractu, praemiique restitutionis exigendae fundamentum pertineant, tempestive (b), ne doli suspicio ex euentus nauigationis expectatione nascatur, rite allegatis atque pro- batis (c), ad exequendam praemii praeenumerati, non adquirendi, restitutionem tenetur assicurator; remanente tamen penes ipsum di-

midia centesima praemii restituendi, quod ita pro molestia vsls iam longaeus (*d*), ordinationibus plurimis expresse receptus, introduxit.

- (*a*) pro quali et voluntaria nauigationis assc. intermissio habetur, vid. II. ad §§. 44. et 46. cit.
- (*b*) Ord. PHIL. II. art. 16. 4. menses a dato assfcurationis praefigit.
- (*c*) v. c. litteris, quibus mandatarii defectum reonerationis adnunciant.
- (*d*) Ord. PHIL. II. (de a 1563) art. 15. "Behoudelyc noctans dat d' Af- sekureur ter cauſen van dien, sal moghen inhouden een half ten hon- dernden, na d'oude costume voor thouden van zynen boeck, ende an- ders sins".
- (*e*) vid. II. nota *b*, et §. 45. citt.

CAP.

CAP. IV.

De iuribus contrahentium ex asscuratione perfecta.

§. XLIX.

Iura, quorum causa initus est contractus, proximum constituant eius perfectionis effectum (§. 43.). Cuius ideoque primo actu, consummato scilicet contractu, per secutam asscuratoris subscriptionem instrumenti, reuocabiliter tantum, secundo autem, seu initio periculi recepti accidente, irreuocabiliter adquiruntur; atque etiam pro huius perfectionis ratione, cum in ea solam illud habeat caussam. Quare non solum ex tunc statim independenter ab inuicem se habent periculi recepti atque praemii praestatio (§.); sed et re periculo iam exposita, asscurata, quoad non per indicationem obuiae scientiae negligetam; aliudque conuentionis vitium, declarati intuitu consensus iam deficit perfecio contractus, ea ad initium huius periculi rei retrogredientem sortitur effectum. Vnde euenire potest, vt decisio periculi recepti, ipsam praecesserit receptionem, atque plurium, qui subscriperint idem vel diuersum instrumentum, quidam validam et plene effectum habentem, alii pro parte tam, alii denique plane nullam celebraverint asscurationem; puta, si cum hisce loco vel tempore contractum, vbi euentuum rei obuia, sed non intimata, fuit notitia, quae reliquorum intuitu plane vel pro parte indicationis effugit neglectum (a). Quibus proinde rei periculum totidem, vel pro parte imminuit,

et ius in praemium pro eadem ratione adquisitum; dum illorum contra, neque periculum vnuquam, neque ideoque ius in praemium fuit existens (b). Quoniam vero, quamquam ita periculum in hoc contractu constitut, quod ex obuia contrahentibus notitia aestimatur, et superueniens eius augmentum sit tam bellum, quam pax aliaque circumstantia, per incerti rationem, ipsi propriam (c); tamen de re loco vel temporis momento existente constare debeat eo, ex quo eius periculum, cuius hucusque subfuit, cessare, alias vero initium sortiri debuit; vt illius eam subterfugisse, huius autem subiisse pro obtinendo perfectae conventionis effectu, vrgeri possit, res in dubio *antea*, prioris itaque, haud posterioris periculo *periisse* presumatur (d). Propius haec declarant, perfectionis effectum; eumque constituentium obligacionum ex hoc contractu inuicem habitum; quarum specialior iam insequitur pertractatio.

(a) Vid. II. ad §. n. citt. et *Entwurf z. Preuss. GB.* §. 1743-1749.

(b) supra §. 46 et 47 et 44. *PREVSS. GB.* §. 1748. Es muss aber in eben dem Maass, wie durch den erfolgten Schaden der Gegenstand der Versicherung, vnd mit demselben der Umfang der Gefahr des Versicherers, sich vermindert hat, das Ristorno, in Ansehung eines verhaeltnissmaesigen Theils der Praemie Statt finden. Et §. 1749: Hat der Versicherte das vor der Zeichnung des Contractus vorgefallene Unglueck auch nicht wissen koennen, so muss der Versicherer dafuer haften. Vid. supra §. 32 et 33.

(c) Vid. §. 32. in fin. et 30.

(d) *Entw. z. PREVSS. GB.* §. 1725-1727. Tempus, quo elapsi, ex deficiente rei existentis nuncio, eius iactura inducitur, plurimis ordo. est determinatum. V. infra §. 56.

SECTIO

SECTIO I.

De obligatione assurati de praemio.

§. L.

Pro ratione perfectionis contractus statim et *debetur*, et, si legitime dies non fuerit adiecius (*a*), *praefundum* est *praemium* (*b*) secuta assuratori subscriptione instrumenti; *irreuocabiliter* vero *adquiritur* initio periculi recepti secuto (§. 47.). Pro *mora* in hac *praeflatione* *praemii* ad *usuras* tenetur assuratus, *utplurimum centesimas* (*c*). Cessat tamen ob fidem ipsi habitam, *mora*, ob fidem autem in eius rationem contrahentis secutam, *principalis* (*d*), immo quatenus huic illud *praeflit*, *omnis* intuitu *praemii* obligatio in assurato (*e*), *ut* iam ex *praemii caussa* obtinens, ex quo illud non *praeflitum*, per factam *praefliti confessionem* in instrumento, ope *nouationis* *simplicis*, in *ordinarium transiit debitum* (*f*). Donec vero ex eodem instrumento, *unde et deriuat ius assurati*, *liquidum*, *statimque exigibile* constituit debitum, non solum ideo retentionem subscripti instrumenti (*g*); verum etiam, veniente damni *praefandi* die, *compensationem* cum *aeque liquido et exigibili*, si per deficientem debitoris soluendi facultatem non impediatur, admittit (*h*); habetque insuper accessoriā saepius pignoris caussam, nisi conuentione, *passim tamen lege expressa fundatam* (*i*).

(*a*) *Varia pacta circa praestationem solita, et passim in Gallia obtainentem usum, eius solutionem ad plenam decis. peric. recepti differ.* refert late EMERIGON Ch. III. S. III.

- (b) vid. supra §. 43. *Conuent. Societ Ass. HAVNIENS.* 22. Ord.
de L. XIV. art. 6, AMST. 37. SCHWED. V. I. Entw. z. Preuss.
GB. §. 1676. *Ex Recopli. de L. de l. Ind. XI.* assicuratus sub
iactura iuris ex contractu intra 3 menses, salvo iure assicuratoris
soluere debet.
- (c) *Entw. z. PREVSS. GB. §. 1677.* ad quam etiam proxeneta mo-
ram committens tenetur; sed et eo quod pro opera ipsi soluitur $\frac{1}{4}$
vel $\frac{1}{3}$ de centenis praemii, priuatur.
- (d) HAMB. XVIII. 8. SCHWED. Art. *Welche die Ass. v. Hav. Ange-
leg. gemeinschajtl. betreffen.* I. 5. vid. not. seq. f. et §. 20. et not.
d. ibid.
- (e) II, cc.
- (f) Specialis est dispos. in PREVSS, GB. §. 1680 "soll ihm diese
Quittung nicht im Wege stehen, wenn er die Praemie innerhalb drey-
sig Tagen, nach der Zeichnung einfordert."
- (g) MAGENS *Versuch* pag. 90; et expresse ord. in AMST. A. O.
art. 39.
- (h) quem in finem etiam eius praefatio ad decisionem periculi recepti
differtur v. nota a. —
- (i) quale in Gallia vi instrumenti a publ. persona confecti generale
iam obtinet. Cf. EMERIGON l. c. — vid. etiam E. z. PREVSS.
GB. §. 1681. et L. I. P. IV. Tit. XII. §. 79. et MAGENS c. 62.
"Von dem Antelations- Rechte des Assicuradeurs an der versch. Sa-
che, so lange sie noch in dem Schiffe ift".

SECTIO

SECTIO II.

De obligatione affecuratoris circa periculum ferendum.

§. LI.

Euentus alicuius periculo est, quatenus aduersum inde redundans ab ipso ferendum: scilicet 1) ipse laesus ab alio indemnissuandus non est; verum 2) iuris vinculum, quo eius intuitu, quod isto euentu subuersum est, alii obscuritus fuit, non solvit; et 3) damnum alii insuper ex euentu subortum resarcire obligatus est. Cum vero ut primum non oblineat, specialem caussam obligationis in aliquo interuenire oporteat, tali ideo contra opus est, ut secundum et tertium habeat locum; per quam quatenus de indemnitate ex certae rei euentu laeso aliquem tenet; hic ad huius rei euentum alteri praeflandum dicitur obligatus. Caussae vero euentuum, pro quibus varie distingui possunt, intelliguntur primae, quatenus euentus ex iis descendit; quoniam quaevis vterior, cum ad euentum per priorem ordinetur, eatenus iam euentus ex hac existit, cuius ideo iam subest praestationi. Concurrentes ergo considerandae, quatenus non per priorem ad euentum constitutae, primae inde similiter et ita nouae eius existunt caussae, quem et ideo eius efficiunt periculo, cuius ipsae subsunt. — Euentus ex ordine intentati a patiente, ipso dicitur ordinarius, alias vero, casus; isque non fortuitus, cum ex eius culpa habet ortum, dum alias fortuiti nomine venit, siue solitus sit, siue insolitus, atque vel ex aliis culpa, vel facto

sacto licito, vel vi diuina s. d. descendat. Culpa autem tertii, si fuerit praestanda, ex persecutione in laudentem minus ex euentu laesus quis fieri potest, vti talis iam *videtur*, qui intentione vel culpa sibi imputanda damnum ex euentu passus est. Quo circa tamen lege, vsu et conuentione varius potest constitui modus; sola conuentione de dolo futuro, in eum cui haud innotescit commitendo, illicita, cum ad delinquendum prouocet.

§. LII.

Affectororis periculum perfecta conuentione, atque ideo, quale inde formatum est, pro obiecto, caussis et occasione, *tales* demum existit (Cap. II. III. et §. 50). Ex eius receptione non nisi *casum* assecurato *fortuitum*, *praeflat* (a), rei assecuratae, vbi illud durat, exortum; atque cum fuerit *generalis*, quemcumque specialiter haud exceptum, siue ex hominum facto, siue in tali non habeat existentiae caussam, et vel in mutatis recepti periculi conditionibus, vt nauigationis pro viaggio aut cursu, nauis, et conductus, quibus et similibus conuentione periculi recepti occasio fuit definita, vel in aliter aduerso consistat, vt naufragio, hostium aggressione caet. (b). Hinc etiam, vbi nauis magistri *barrataria* eius periculo exstat (c), quodcunque doloso eius consilio contra obligationem suscepimus casum rei efficit aduersum, atque hac solummodo excepta, tamen culpa, nec per utramque exclusam, iuste ab ipso in *lexequendam* nauigationem, vel adversum rei euentum, et si mutatis periculi recepti conditionibus, auertendum (d). Vnde facile est intellectu: assecutororis periculum

culum, quamquam conuentione, eiusque perfectione maxime sit determinatum: tamen causa superueniente, varie tam pro occasione, quam ipsa decisione et augeri et minui posse.

(a) Rvss. K. H. O. §. 181. 186. 187. 205. seqq. O. de L. XIV. art. 26. HAMB. V. I., SCHWED. VI. 3. VIII. E. 2. PREVSS. GB. §. 1755. seqq.

(b) O. de L. XIV. art. 26. enumerat "toutes pertes et dommages qui arriveront sur mer par tempête, naufrages, echouemens, abordages, changemens de route, de voyage, ou de vaisseau, jett, feut, prise, pillage, arrêt de Prince, déclaration de guerre, repressions, et généralement toutes autres fortunes de mer."

(c) ut est ex Ord. AMST. HAMB., MIDDLEB., SVEC. ROTEROD. PRVSS.; et non nisi vi expressae conuentionis in *Russia, Anglia, Gallia, Genuae* (v. supra §. 22.).

(d) vtpote "wegen Sturms, widrigen Windes oder unglücklicher Zufälle wegen oder aus Mangel an Schiffsvorrath." Cf. Rvss. K. H. O. §. 197. et 209. Ex art. 194. ibid. Exceptio est in nauic conuentione expressa, postea mutans, vbi subrogata altera non durat assecutoris periculum; nisi aliter conuentione definitum.

§. LIII.

Cum vero assecutor ¹⁾ non nisi easum assecurato fortuitum praeflet, omne quod ex eius intentione et culpa (a), ut et illius, qui ipsum representat, descendit ipsi damnum, siue negligendo, quod ad nauigationem ab accidentalibus damni causis tutam conferre potuit, vt vedigalium solutionem, siue committendo et concurrendo; receptum haud spectat periculum, nec per huius

ius conditiones tam 2) quod non exortum rei assecuratae, quam antea, postea vel alibi ac illud vel sub conditionibus definitis vel iis casu praestando mutatis, habet occasionem. Generatim itaque eius fugit praestationem, quod ante intentatae navigationis ordo, vnde et casus fortuiti non habet rationem, et impendi (*Ordinaire Haverey*) (b) et rei fundione absumi fert; et quod solummodo ex antea existentibus rei assecuratae *vitiis* et *interna qualitate* ortum habet, siue inde (vt per vetustatem) nauigationis in ordine exsequendae impedimentum, reique decrementum, corruptio, iactura; siue ideo errogandi sumtus (c); nec denique quod ex sola pretii rei mutatione evenit, cum caussam alibi, ac assecratoris durat periculum, in foris scilicet diuersis habeat existentem.

(a) v. §. praec. not. a. et RVSS. K. H. O. §. 184. 206., O. de L. XIV. art. 36., AMST. 8. 19., HAMR. IV. 6. V. 6. VII. 5. SCHWED. V. 10. 16., simil. si propter eius debitum iustum decernitur arrestum. MAGENS c. 49.

(b) in *Ord. L. XIV.* enumer. "pilotages, touages, lamanages, de droits de congé, visite, rapports, et d'anchagements, ni detours autres imposés, sur le Navire et Marchandises.

(c) RVSS. K. H. O. §. 191., O. de L. XIV. 29., AMST. 32. HAMB. V. 5. 7. 8., SCHWED. VI. 13. E. z. PREVSS. GB. §. 1769. 1772. "Wenn also Weine sauer werden, oder verlecken, Oele verderben, Früchte faulen oder sonst umkommen; Getreide oder Kastanien sich anspecken, oder die Waare durch innerlich erzeugtes Ungeziefer beschädigt wird, so trifft der Schade den Versicherten allein" — Negersklaven an Krankheiten sterben, oder sich umbringen, — non si "eine Revolte anfangen und Schaden leiden), Zernichten von Mäusen, Ratten oder anderem Ungeziefer".

§. LIV.

LIV.

Quoad vero caussae in se spectatae non praestandae a priori praestanda ad euentum rei ordinantur, vtique cum hac assecutoris subsunt praestationi, quoniam eatenus earum efficacia in obuio euentu in priori rei praestando, solum ortum habet, atque occasionem (§. 51. 52.). Tunc igitur siue res ideo ad singularem functionem vel moram adstricta, sua iam qualitate facilior ad decrementum, absimitur, vel perit, aut corruptionem subit, aut ideo custo dienda, reficienda, vel vendenda: siue sumtus ita extra ordinem intentatae nauigationis, ut pro destinatione exequenda, in auariam communem, in rem redimendam, persequendam cæt. facienda, vtique venit in assecutoris praestationem, quod damnum ita assecurato subortum est (a); Vnde magna concipitur alea, quam rei ob singularem eius qualitatem (b) facilioris ad decrementum, vel iacturam, assecuator subit; magnumque discrimen inter euentum rei mediante nave detenta, desperita, vel quassa, atque in nave ipsa exortum: cum posteriori multi intersit caussae laesisionis immediatae (c), quae priori, cum per praestandam præordinatam contingent, excidunt quæstione.

(a) AMST. art. 36. HAMB. V. 4. 7. 8. 18. ROTTERD. VI. 35. MAGENS.
c. 43. vide etiam §. 57.

(b) modo per obuiam scientiam indicare neglectam haud exclusa sit.
vid. supra Cap. II. Sect. IV.

(c) indeque venit, quod hab. MAGENS, (*Versuch cap. 43.*) *Bey einem Schiffbruch oder der Strandung eines Schiffes muss der*

